To dakle, časni oci, spada na disciplinu; i glavna jakost, sila životna snaga crkve sastoji u tome, da ona za svako vrijeme se obrine svojim zakonima. To mi daje povoda, da svršim svoj govor jednom opaskom obzirom na govor, koji sam često spomenuo. Prekjucer sam u ovom odličnom zboru čuo gdje se kaže, da su kanonski zakoni i crkveni zakonik tako savršeni, tako dotjerani, tako nepromjenljivi, da se niti jedan kamečak ne smije mijenjati iz toga veličanstvenog spomenika umjetnosti i znanosti, a da se ta cijela velika zgrada ne dovede u opasnost, da se sruši.

dispensatione et venia ne limina quidem apostolica visitare audent. Illi non audent in aliena dioecesi, etiamsi episcopus consentiat, pontificalibus uti sub comminationibus censurarum, ut declaravit, si bene informatus sum, anno 1655 congregatio negotiis episcoporum et regularium praefecta, quae constitutio recentioribus temporibus est repetita. Ego itaque, repeto, desidero ut in iis schematibus, ubi agitur de vicariis apostolicis episcopis, caveatur speciali decreto, quod eorum iura et privilegia cum reliquis veris episcopis sint communia, precorque et desidero ut non tantum Hierosolymis ob loci sanctitatem verus resideat patriarcha (quod nobis omnibus gratissimum est), sed cuperem etiam ut Alexandriae et Constantinopoli non simplices vicarii apostolici, sed veri resideant patriarchae: nam hoc illarum urbium dignitas et magnificentia, et magna catholicorum, qui ibi versantur aut illic confluunt, multitudo requirit.

Haec itaque, venerandi patres, ad disciplinam pertinent; et ecclesiae praecipua vis ac virtus et vitalitas in eo consistit, ut quibusvis temporibus suis consulat legibus; quod mihi occasionem dat finiendi cum observatione quadam relate ad orationem cuius frequenter mentionem feci. Nudius tertius audivi ego in hocce augusto coetu dici, leges canonicas et corpus iuris canonici adeo perfectum, adeo omnibus numeris absolutum, adeo immutabile esse, ut ne unum quidem lapillum ex magnifico hoc artis et scientiae monumento mutari possit, quin totum grande hoc aedificium ruinam minetur.

Sincere dico me quidem hoc nunquam audivisse. Audivi ego hoc, quod perfecta, quod divina, quod immutabilia sint dogmata, quae semper, quae ubique, quae ab omnibus creduntur fuisse divina, a Deo profecta, ita aeterna, ita immutabilia sicut Deus; et tamen recte dicit Vincentius Lirinensis in classico suo opere: datur etiam hac in re profectus, sed datur in eadem sententia, in eodem sensu, in eodem dogmate datur, quia illud quod divinum est, inexhaustum est, atque omnibus populis et gentibus, quae inde haurire volunt, remedia salutis malorum praebet. Sed leges canonicae, sed corpus iuris canonici non adeo perfectum est, ut mutari non possit; e contrario plurimae leges iam obsoletae, aliae nostris temporibus non accommodatae et impracticae, aliae confusae, aliarum etiam authenticitas iuxta criticas scientiam non tantum dubia sed nulla est: et ideo si quid in ecclesia reformatione eget, mea saltem et plurium sententia, hoc opus est quod reformatione eget. Et certe unum inter opera praeclariora huius Vaticani concilii erit, ut commissionem fundet ex viris eruditione et pietate praestantibus et ex toto terrarum orbe collectis; ut in eo intendant ut leges canonicas in ordinem redigant, et eas et ecclesiae et scholis accommodent. Cupio ego hoc fiat sub auspiciis sanctissimi domini nostri, quod certe ad gloriam nominis eius conferet; cupio ut a nobis id fiat, et hoc titulus erit unus et quidem non extremus ut commendemur apud omnes gentes, et gratitudinem mereamur omnium gentium.

Iskreno kažem, da ja to nikada nijesam čuo. Čuo sam ovo: da su savršeni, da su božanski, da su nepromjenljivi dogmati, koje su u vijek, svagdje, svi vjerovali; da su božanski, od Boga izašli, tako ječni, tako nepromjenljivi kao što je Bog. A ipak pravo kaže Vincencij Lerinski u svom znamenitom djelu¹: ima i u tome napretka, ali ga ima u istoj misli, u istom smislu, u istom dogmatu, jer ono što je božansko, to je neiscrpljivo, i pruža pomoć svima pucima i narođima, koji hoće da odatle lijeka crpe. Ali kanonski zakoni, crkveni zakonik nije tako savršen, da se ne može mijenjati; naprotiv većina zakona zastarjelih, drugi se zakoni ne mogu prilagoditi našem remenu i nepraktični su, treći su konfuzni, četvrtima je napokon i sama autentičnost kritički dokazana ne samo kao sumnjiva nego pravo nikakva. Stoga, ako išta treba u crkvi reformirati, po mojem mnenju i većine mišljenju, to treba ovo djelo (crkveni zakonik) reformirati. I sigurno će biti jedno od slavnijih dijela ovog vatikanskog sabora, da ustanovi odbor sastavljen od ljudi odličnih po znanju i pobožnosti i sabranih iz svega svijeta. Neka oni o tome stojte, da stave u red kanonske zakone, da ili prilagode i crkvi i kolama. Ja želim, da to bude pod auspicijama našeg vetrog Oca, što će sigurno doprinijeti slavi njegova imena. Želim, da mi to učinimo, jer će i to biti jedan, i ne posljednji izlog, da se preporučimo kod sviju naroda i da zaslužimo za-valnost sviju naroda.

ORATIO

*reverendi patris domini Georgii Strossmayer episcopi Bosnensis
et Sirmiensis.*

Eminentissimi cardinales praesides, eminentissimi et reverendissimi patres.

Ego hunc sacrum ambonem vix concendi causa, nisi quaedam prolati fuissent, quae, salva conscientia mea, silentio praeterire non possum.

Eorum quae audivi, aliis assentior plene, aliis dissentior. Assentior ex animo iis patribus qui dixerunt, decreto de vita et honestate clericorum praemittendam esse grandem et divinam sacerdotii et status clericalis ideam; quae rite tractata, prout eam sancti patres tractant, adeo foecunda est, ut ex ea omnes omnino sacerdotum et clericorum obligationes et eorum munera facili modo profluant, ita ut educantur omnia et munitantur quae necessaria sint; et ut una famae et existimationi sacerdotum consulatur, quae fama et existimatio iis tantopere ad vocationem suam cum fructu exercendam necessaria est. Reverendissimi patres, cum ageretur de decreto circa episcopos eorumque obligationes condendo, tunc nos ordinis nostri et iurium nostrorum defensores strenui eramus; et cautum esse voluimus, ne quid vel invitis nobis diceretur, quod ordinem episcopalem vilipensioni alicui exponere posset. Iustum est et aequum ut nunc, cum de sacerdotibus secundi ordinis agitur, nos episcopi eorum patrocinium suscipiamus; fratres enim nostri sunt, consacerdotes nostri sunt, cooperatores in vinea Domini nostri sunt; praecipuam partem nostrarum curarum ipsi gerunt; sine ipsorum amore, confidentia, adhaesione, sine ipsorum pietate et zelo omnis nostra contentio, et omnis nostra vocatio inanis manebit.

Praeterea scitum notumque est omnibus, et hoc loco etiam questum, dari homines malevolos, qui in id intenti sunt, ut dissidiorum et divisionum zizania inter sacerdotes primi et secundi ordinis seminent, bene persuasi conatus eorum ad fidem et ecclesiam labefactandam tanto magis ex voto successuros, quanto magis eis successerit unionis et consensionis vinculum laxare vel rumpere. Ideo, reverendissimi patres, ex animo assentior iis reverendissimis patribus qui dicunt, ea quae immundo de concubinatu dicta sunt, prorsus e schemate esse eliminanda.

Et liceat mihi etiam hic dolorem animi mei intimum expromere contra episcopum illum, qui in ecclesiam Galliae exaggeratus et indiscretus erat. Utinam ego ea quae hic in hoc loco dicta sunt, in

TREĆI GOVOR STROSSMAYEROV.

Treći put je Strossmayer uzeo riječ 7. veljače 1870. u jutro, kad se
će sedmi, predzadnji dan vodila opća rasprava o nacrtu: O životu i
čestitosti klera. Str. je bio 32. govornik o tom predmetu, a poslije
ega je govorilo još 7 govornika. Tekst njegova govora u viernom pre-
odu glasi:

GOVOR

*časnog oca gospodina Jurja Strossmayera, biskupa bosanskoga
i srijemskoga.*

Uzoriti kardinali presjednici, uzoriti i prečasni oci!

Teško bih ja uzašao na ovaj ambon kao govornik, da nije nešto
rečeno, preko čega ja po svojoj savjeti ne mogu da šutke predem.

Od onoga što sam čuo, ja nešto potpuno usvajam, nečemu sam
protivan. Potpuno pristajem uz one oce koji rekoše, da prije de-
reta o životu i čestitosti klera treba da se razvije misao, velika i
zanska, o svećeništvu i svećeničkom staležu. Ta misao, obrađena
kako treba, kako je sveti oci obrađuju, tako je obilna, da iz nje lako
vиру sve uopće obvezе svećenika i klera i njihove dužnosti tako,
da se iz nje sve izvodi i pruža zaštita za sve što je nužno, a ujedno
zaštićuje i dobar glas i ugled svećenstva, koji su im toliko po-
trebiti da mogu uspješno vršiti dužnosti svoga zvanja. Prečasni
oci! Kad se radilo o tome, da se izda dekret, kojim će se biskupske
dužnosti odrediti, onda smo bili odvažni braniči svoga reda i svojih
oca; i htjeli smo da se pazi na to, kako se ne bi i proti našoj volji
izalo nešto, što bi moglo izvrći preziru naš biskupski red. Pravo
i pravedno, da sada, kad se radi o svećenicima drugoga reda, mi
iskupi uzmemo njih u zaštitu: jer oni su naša braća, naši susve-
ćenici, naši suradnici u vinogradu Gospodnjem; glavni dio naših
oca oni nose; bez njihove ljubavi, povjerenja, privrženosti i rev-
nosti ostat će prazno sve naše nastojanje i sve naše zvanje.

Osim toga svatko zna i poznato mu je, i na to je i ovdje već
tužbe, da ima zluradih ljudi, koji o tome nastoje, kako će po-
dati kukolj razdora i nesloge među svećenike prvoga i drugoga
reda, čvrsto uvjereni, da će njihovi naporci da oslabe vjeru i crkvu
dati toliko više uspjeha, koliko im više uspije da razriješe ili pre-
ruči vezu jedinstva i jednodušnosti. Stoga, prečasni oci, iz svega
ista pristajem uz one prečasne oce, koji kažu, da treba sasvim
iz nacrtu ono, što je rečeno o nečistom konkubinatu.

aeternum indicta reddere possem! Meminerit ille praesul praestantisimam ecclesiam Galliarum eam esse, quae hoc miserrimo nostro tempore ex teterima et acerbissima persecutione, innumerorum martyrum et confessorum virtute et meritis victrix evasit; et si quae tum maculae inerant, eas sanguine suo abundanter lavavit. Meminerit ille praesul ecclesiam Galliarum gloriosam in orbe terrarum esse; et ut alia silentio praeteream, post Romam matrem et magistram nostrum omnium. Haec ecclesia insignem habet congregationem de Propaganda fide, ex qua viri et sacerdotes praestantissimi in orbem totum eunt, ut gentibus lumen evangelii afferant, quae in tenebris sedent: qui pii et sanctissimi sacerdotes quandoque confessores et illustres martyres merentur, ut de matre eorum honorifice loquamur. Meminerit ille praesul, et venia eius dictum sit, quando nos sacerdotes vulnerum hiatus et plagas aperimus, hoc nunquam fieri debet nisi tum cum manus applicamus vulneribus medendis, qua manu oleum et vinum infundimus. Quid diceret idem episcopus praestantissimus, si de Hispaniarum ecclesia et eiusdem vulneribus hic ageretur? Nonne is quasi filius dolore maximo afficeretur?

Deo laus. Deo laus, alio vivimus nunc tempore, quam ea fuerunt concilii Tridentini. Tristissimis illis temporibus quibus concilium Tridentinum de concubinatu loquebatur, concubinatus propter dolor! erat quasi regula in clero; vita autem honesta et pura quasi exceptio. Nunc autem, mea saltem persuasione, contrarium obtinet: nunc si de concubinatu loquendum est, concubinatus in clero exceptio; vita autem casta, et vita pura regula est. Exceptiones, venerandi patres, nullis legibus impedientur, nullis; quamdiu nos sacerdotes ex hominibus assumimur, ut pro hominibus dona et sacrificia offeramus. Nonne erunt hae, quo usque nos ipsi sacerdotes de nobis dicere debemus quod olim sanctus Hieronymus de se dicebat: Miser sum et miserabilis et infirmus et nudus et peccator; primumque pro meis peccatis et iniquitatibus offerre debeo, antequam pro peccatis et iniquitatibus populi sacrificium offeram.

Venerandi patres, inter duodecim apostolos a Domino ipso electos, unus proditor et deicida, alter autem perius negator erat. Quid mirum si inter quinquaginta millia sacerdotum dentur aliquod centena ab episcopis suis propter crimina sacerdotio exuctorati. qui Parisiis conveniunt ut vitam suam agant? Haec coram Deo existimo dicenda, et coram eo querenda, cuius patientia et virtus etiam in malo sacerdote et peccatore relucet. Et Christo Domino nostro gratiae agendae sunt immortales, quod suae redemptionis, suae charitatis, suae misericordiae munera in utilitatem populi christiani destinata, nunquam perversi sacerdotis perversitate et peccato perverti voluerit.

Venerandi patres, etiam iis patribus plene assentio, qui dicunt in processu contra sacerdotes culpabiles, ex informata conscientia episcopi et arbitrio in rarissimis tantum casibus procedendum; in iis nempe ubi aperta ratio scandali evitandi id suadet. Alias cuperem ut

I neka mi bude dopušteno da i ovdje izrazim svoju iskrenu
št i žalbu proti onome biskupu, koji je bio pretjeran i indiskretan
na crkvi u Francuskoj. Kamo sreće, kad bih ja mogao učiniti,
nikad do vijeka nije rečeno ono, što je ovdje rečeno! Neka se
onaj biskup, da je vrlo odlična crkva u Francuskoj ona, koja
ovo naše vrlo nesretnu dobu iz vrlo sramotnog i gorkog pro-
stva izašla pobjednicom krepošću bezbrojnih mučenika i ispol-
lnika; pa ako je onda imala na sebi kakve ljage, ona ih je vla-
m krvlju obilno oprala. Neka se sjeti onaj biskup, da je crkva u
ucuskoj slavna po svemu svijetu; i da šutim o ostalome, ona je
je Rima, nama svima majka i učiteljica. Ova crkva ima zna-
tu kongregaciju Za širenje vjere, iz koje idu po čitavom
etu vrlo ugledni ljudi i svećenici, da donesu svjetlo evangelja
dima, koji su u tminu (neznaju): a ti pobožni i vrlo sveti sve-
ćenci, katkada isповједnici i odlični mučenici zaslužuju, da o njih
majci govorimo sa poštovanjem. Neka se sjeti onaj biskup,
udi njegovom dozvolom rečeno — kada mi svećenici pokazu-
jala i otvore rana, to ne smije nikada biti osim onda kada
emo ruke na rane, da ih liječimo, da na njih ulje i vino izlijem.
Što bi isti vrlo ugledni biskup rekao, kad bi se ovdje radilo
crkvi u Španiji i o njezinim ranama? Ne bi li on kao njezin sin
vrlo ražalošćen?²

Hvala Bogu, hvala Bogu, sada živimo u drukčije vrijeme nego
je bilo tridentskoga sabora. U ono vrlo žalosno doba kad je
dentski sabor govorio o konkubinatu, bio je na žalost konkubinat
ro pravilo u kleru; a pošten i čist život skoro iznimka. Sada je
obratno, barem po mojem uvjerenju; sada ako treba govoriti o
ikubinatu, on je iznimka u kleru, a život čist je skoro pravilo.
amke se, časni oci, ne će spriječiti nikakvim zakonima, nikakvim,
klegod se mi svećenici uzimljemo između ljudi, da prinosimo za
ude darove i žrtve. Zar ne će tih iznimaka biti doklegod mi sve-
ćenci moramo sami o sebi kazati ono, što je sveti Jeronim o sebi
ao: Jadan sam i nevoljan i slab i gô i griješnik, i moram na-
e prinositi žrtvu za svoje grijeha i opačine, prije nego prinesem
vu za grijeha i opačine puka.

Časni oci! Između dvanaest apostola, koje je sam Gospodin
rao, jedan je bio izdajnik i bogoubica, a drugi krivokleti zata-
te. Kakvo je čudo, ako od 50.000 svećenika njih ima koja stotina,
e su biskupi radi zločinstava lišili svećeničke vlasti, a oni došli
Paris, da mogu živjeti?³ Cijenim pred Bogom, da ovo treba reći
red Njim se tužiti, čija se strpljivost i jakost odsjajuje i u zlom
čeniku i grješniku. I moramo Kristu Gospodu biti neizmjerno za-
lini, što nikada nije htio da se pokvarenošću i grijehom pokva-
a svećenika pokvare darovi Njegova otkupa, ljubavi i milosrda,
eden za dobro kršćanskoga puka.

Časni oci! Potpuno se slažem i s onim ocima, koji kažu, da
u procesima proti okrivljenim svećenicima samo u vrlo rijetkim
čajevima ima postupati na temelju obaviještene savjesti i suda

semper contra culpatum, contra culpae alicuius reos sacerdotes semper definiitorii processus ordine procedatur; ut sacerdos culpae alicuius gravioris reus nunquam arbitrio episcopi, sed suae propriae culpae ratione et legis obiectivo dictamine condemnatus videatur. Venerandi patres, de re summi momenti agitur; et convictus sum quod si haec quae de processu extrajudiciali in nostro schemate dicuntur in corpus iuris illata fuerint, confusiones et ambiguitates nostri iuris in confusionem et ambiguitatem plus abibunt. Quanti etiam momenti res sit probabo ex eventu uno, cuius fama toto terrarum orbe percrebuit.

Quando conventio illa inter sanctam sedem et inter Austriae imperium claruit, quae conventio suis auctoribus semper gloria et laudis titulus erit, tunc malevoli publicistae in ephemeredibus duabus rationibus hanc conventionem aggressi sunt. Primo sursum versus, dixerunt enim: haec conventio iuniuriosa est iuribus principum et civitatum. Iura principum et civitatum per has conventiones vaferrimo extollunt modo ut contra hanc conventionem salutarem principes huius saeculi et magistratus irritent et ad oppositionem provocent. Deorsum versus autem hae ephemerides hoc semper dicebant: ecce haec conventio episcopis nescio quae iura et privilegia tribuit, clerum autem inferiorem neglit; eius iura, eius vitam, eius existentiam episcoporum arbitro et tyrannidi exponit. Et possum dicere quod haec quamvis calumniouse dicta, tamen in multorum sacerdotum animis insederint, et multos sacerdotes ab episcopis suis alienaverint. Res haec magni momenti est: et possum dicere quod ubi hoc schema publicatum est et in manus quorundam presbyterorum theologorum devenit, ad me venerunt rogantes me per omnia sancta, ut eorundem me vindicem exhibeam. Quietos illos esse iussi, bene gnarus quod homines eloquentiores et doctiores et maioris auctoritatis eorum defensionem suscepturi essent, quorum opinioni et defensioni ego ex toto corde accedo.

Secundum quod mihi dicendum est, est hoc. Optime schema nobis propositum de pietate et devotione sacerdotum agit: nam hoc primum in sacerdote certe est, neque firmius argumentum et magis credo homini proprium est, quo sacerdos ad doctrinae, quam praedicat, confirmationem utetur quam argumentis ex vita sancta et devota depromptis. Scio ego et certum est, vitam sacerdotis esse debere velut apertum evangelii librum, ex quo non tantum docti et lectionis gnari, sed indocti et simplices quovis tempore quid legant, et quid agere debeant desumant. Desiderandum est, quemadmodum olim Dominus primis nascentis ecclesiae temporibus religioni christiana quantocius diffundendae medium invenit in sanctitate, in vitae integritate primorum Christianorum, in eorum charitate, in eorum longanimitate et patientia; ita et per hanc synodus agendum ut Deus hodie malis huius mundi in sanctitate et integritate vitae sacerdotalis aptissimum et efficacissimum remedium paret. Sed si hoc verum est, verissimum etiam est hodierno die sacerdotibus omni possibili modo esse scientiae tum sacrae tum profanae culturam

skupova, to jest u onim slučajevima gdje je očito, da treba izbjegći blazan. Inače bih želio, da se uvijek proti okriviljenome, proti svećenicima koji su nešto grijesna skrivili, povede redoviti sudbeni proces, tako da svećenik, koji je nešto težega zgrijesio, nikada ne gleda da je kažnjen po судu biskupovu, nego radi svog vlastitog stjeha i po objektivnom zakonskom propisu. Časni oci, radi se o veličanstvenoj stvari; i uvjeren sam, ako se unese u crkveni zakonik to, što je u našem nacrtu rečeno o vansudbenom procesu, da će ovi umice i zagonetke našeg crkvenog prava biti još dvoumniye i zaštitnije. A od kolike je važnosti ovo pitanje, dokazat ću jednim gadjajem, koji se pročuo po svemu svijetu.

Kad je objelodanjen onaj ugovor između Svetе Stolice i carevine Austrije, koji će svojim začetnicima biti uvijek u slavu i valu, napali su ga u novinama zluradi publiciste sa dva razloga. Prvo prema gore, jer su govorili: ovaj je ugovor nepravedan prema pravima vladara i gradova. Na najpodmukliji način uzdižu po tom ugovoru prava vladara i gradova, da proti ovom spasonosnom ugovoru razdraže i na oporbu izazovu vladare i vlasti ovoga svijeta. A prema dole su te novine uvijek ovo govorile: eto, taj ugovor daje iskupima ne znam kakva prava i povlastice, a niži kler zanemaruje; njegova prava, njegov život i egzistenciju izlaže samovolji i tiraniji biskupa. I mogu reći, da premda je to potvora, ipak se usadio u dušu mnogih svećenika i mnoge je svećenike otudilo od njihovih biskupa. Ovo je vrlo važna stvar i mogu reći, da kad je ovaj acrtizašao i došao u ruke nekim svećenicima teologizma, oni su došli k meni i svim me svetim zaklinjali, da ustanem u njihovu branu. Kazao sam im, da budu mirni, jer sam dobro znao, da će riečitiji i učeniji i ugledniji uzeti u ruke njihovu obranu, a tih se mišljenju i obrani ja od svega srca priklanjam.

Drugo, što imam reći, je ovo. Nacrt nama predložen vrlo lijepo govori o pobožnosti i svetosti svećeničkoj; jer to je prvo u svećeniku, i ja mislim da nema jačega dokaza i čovjeku mislim prirodnjega, kojim će se svećenik poslužiti u potvrdu nauke koju propovijeda, nego što su dokazi uzeti iz sveta i pobožna života. Ja znam to je sigurno, da svećenikov život mora biti kao otvorena knjiga evanđelja, iz koje će ne samo učeni i pismeni ljudi, nego i neuki i rostili u svaku dobu crpsti, što imaju čitati i što imaju raditi. Treba zeljeti, da kao što je nekoć Gospodin u prvo doba crkve našao u svetosti, u čistoći života prvih kršćana, u njihovoj ljubavi, veležušnosti i strpljivosti sredstvo za brzo raširenje kršćanske vjere, da tako radi i ovaj sabor, e da Bog u svetosti i čistoći svećeničkoga života pripravi najzgodniji i najuspješniji lijek proti zlu u ovom svijetu. Ali ako je to istina, takoder je posve istinito, da dandanas treba na sve moguće načine poticati svećenike, da gaje i svetu i profanu kulturu. Jer odakle najviše uzimaju danas neprijatelji crkve i svete vjere oružje, da oslabi vjeru i crkvu? Zar ne iz znanosti lažnog imena? Zar dakle ne mora svećenik, kojega je Bog postavio kao odvjetnika i branitelja božanske stvari, danas božansku vjeru

inculcandam. Nam unde hostes ecclesiae et religionis hodie potissimum arma ad fidem et ecclesiam labefactandam desumunt? Nonne ex falsi nominis scientia? Sacerdos itaque, qui constitutus est a Deo causae divinae advocatus et defensor, nonne obligatur hodie iisdem armis ex scientia veri nominis tum sacra tum profana depromptis fidem divinam defendere?

Venerandi patres, si quando, hodie sacerdotibus inculcandum est illud sancti Hieronymi, ut scripturarum divinarum pane diu ac noctu in sudore vultus sui vescantur, si velint vocationi suae satisfacere. Si quando, hodie tempus est ut sacerdotibus per concilium Vaticanum inculcetur, ut quemadmodum olim propheta iussus est librum divinum devorare, ita sacerdotes suae vocationis et suae missionis hodie memores, libros sacros et profanos devorent, ut fidem et ecclesiam defendere possint. Ecce praestantissimi Galliarum episcopi iam a longissimo tempore in id intenti sunt, ut libertatem institutionis et scholas erigendi nanciscantur. Praestantissimi episcopi Germaniae mea quidem sententia summam laudem merentur, quod de eo cogitent ut universitates catholicas et scholas in medio Germaniae erigant. Verum quidem est in huiusmodi scholis etiam partem habent laici, quia etiam illi vocati sunt ut compartoipent in regali sacerdotio, atque imprimis tunc cum fides in periculo est, ut et ipsi muros domus Israel sua virtute et sua scientia defendant. Sed credite mihi, nisi sacerdotes eruditii et docti semet praebuerint duces et antesignanos; nisi sacerdotes fuerint, praeterquam sal terrae, etiam lumen mundi: lumen mundi, ut quidam sanctorum patrum dicit, lumen diei ut doctrinae divinae lumen quaquaversus diffundant, lumen noctis ut errorum tenebras dissipent, et populis sibi creditis viam ad claritatem diei demonstrent: si haec non fuerint, omnia frustra manebunt.

Hodie, reverendissimi patres, mea sententia, fides divina non tantum communi et ad parvolorum modum accommodato modo defendi et propugnari debet, sed etiam genio virorum eruditorum accommodato. Ibi demonstrandum est, fidem a caelo delatam esse ideo, ut eius influxu omnes vitae publicae et privatae rationes, omnes mundi institutiones sanctificantur, ut eleventur, ut a nativis suis defectibus liberentur, et ut per fidem sanctam, quae divina est, immortalitatis praemio donentur. Hodie fides et religio defenditur. *Parisiis per clarissimum defunctum patrem Ravignan, et Lacordaire, et patrem Felix. Cuperem ego ut hcc modo in omnibus maioribus civitatibus, ubi, ut notum est, sedes corruptionis et sedes sunt falsi nominis scientiarum, ut huiusmodi viri novi Ambrosii exsurgent, ut Augustinos allicant, ut ex illis alios sanctos tam illustres, qualis Augustinus fuit, effiant.*

Reverendissimi patres, conquerimur et iuste conquerimur, quod ephemeredes et pagellae publicae modo in religionem impune et ecclesiam desaeviant. Iusta est querela; sed credite erit inanis et vacua, quousque in id intenti non fuerimus, ut sacerdotes docti et eodem modo quo adversarii ad ecclesiam labefactandam utuntur, eo

braniti istim oružjem uzetim iz svete i profane znanosti pravog imena?

Časni oci, ako ikada a ono danas treba svećenike poticati na onu riječ svetog Jeronima, da se naime danju i noću u znoju lica svoga hrane kruhom svetoga pisma, ako hoće da zadovolje svome zvanju. Ako ikada a ono danas je vrijeme, da se po ovom vatikanskom saboru potaknu svećenici, da kao što je nekoć naređeno pro-roku (Ezehijelu 3, 1—3), da proguta božansku knjigu, tako i svećenici danas, sjećajući se svoga zvanja i poslanja, gutaju svete i profane knjige, da mogu braniti vjeru i crkvu. Eto vrlo odlični francuski biskupi već dosta dugo na tome rade, da dobiju slobodu nastave i podizanje svojih škola. Vrlo odlični njemački biskupi zaslужuju, barem po mojoj mišljenju, najveću polvalu za to, što se bave mišljju, da usred Njemačke podignu katolička sveučilišta i škole. Istina, u takovim školama sudjeluju i svjetovnjaci, jer su i oni pozvani da budu sudionici u kraljevskom svećeništvu, osobito onda, kada je vjera u opasnosti, e da i oni svojom krepošću i svojim znanjem štite zidove doma Izraelova. Ali vjerujte mi, ako odgojeni i učeni svećenici ne budu vođe i prethodnici, ako svećenici ne budu ne samo sol zemlji, nego i svijetlo svijetu: svijetlo svijetu, kako neki sveti otac kaže, danje svijetlo, da svijetlo božanske nauke šire na sve strane; noćno svijetlo, da rasprše tmine zablude i pokažu narodima sebi povjerenima put k jasnoći dana: ako to ne budu, sve će biti uzaludno.

Danas, prečasni oci, po mojoj mišljenju, treba božansku vjeru braniti i za nju se boriti ne samo na način, koji je općenito kao djeci pristupačan, nego i na način koji je prilagođen geniju učenih ljudi. Tu treba dokazivati, kako je viera poslana s neba zato, da se po njoj posveti sve, što se odnosi na javni i privatni život, sve ustanove na svijetu, da se uzdignu, da se oslobole svojih rirodenih nedostataka, te da sve po svetoj vjeri, koja je božanska, bude obdareno nagradom besmrtnosti. Danas brane vjeru u Parizu sobito glasoviti pokojni otac Ravignan i Lacordaire i otac Félix. a bih želio, da tako u svima većim gradovima, gdje je, kako je poznato, sijelo pokvarenosti i znanosti lažnog imena, da ustanu kovi ljudi kao novi Ambroziji, koji će Augustine privlačiti, da iz njih naprave nove svece tako odlične, kao što je bio Augustin.

Prečasni oci! Tužimo se, i s pravom se tužimo, da sada noine i časopisi nekažnjenno bjesne proti vjeri i crkvi. Pravedna je žba; ali vjerujte, bit će tašta i isprazna, dokle ne budemo o tome astojali, da svećenici učeni isto tako potpuno se budu služili za branu crkve onim sredstvima, kojima se služe protivnici da je vište. Božanska istina nema baš ničega da se boji, samo ako nadje bre odvjetnike i branitelje. Ja bih želio, želio: nekoć je svećenici stalež po svojoj povlastici imao u svojim rukama sve škole i ustanove; danas je to prestalo; ali ja bih želio, da danas svećenici no što su nekoć imali po povlastici svoga staleža, svojim znanjem nude na neki način od vladara i vlasti ovoga svijeta, da prodru

prorsus ad eam defendendam utantur. Nihil veritas divina, nihil habet quod metuat; modo dignos advocatos et defensores inveniat. Cuperem ego, cuperem: olim sacerdotalis status sui privilegio scholas omnes et institutiones in suis manibus habuit, hodie hoc cessavit: sed cuperem ego ut hodie quod olim sacerdotes sui status privilegio obtinebant, id scientia veluti extorqueant a principibus et magistris huius saeculi, ut in scholas penetrent et iuuentutem eruditam in suas manus lucentur. Tum efficietur quod olim Tertullianus in Apologetico dicebat: » Hesterni sumus, sed omnia vestra implevimus et imperium et magistratus et domus (recte: urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatum, senatum, forum); sola vobis reliquimus templorum. Verum reverendissimi patres, existimo si quando, hodie praesertim petitam summis modis scientiae culturam sacerdotibus esse commendandam, ne id eveniat ut qui in alto positi esse deberent immo in vertice, et visus et prospectus suos pretendere usque ad extremum terrarum, ne ii in radice quasi montis constituti in sua obstinatione et elatione aliorum visus aut prospectus aut ignorant aut negent.

Tertium est adhuc de quo loqui constitui. Quidam venerandorum patrum loquens de negotiatione, quae quasi indulgentia sub certis cautionibus clericis et sacerdotibus in schemate nostro fit, loquens hic reverendissimus pater de quaestu et negotiatione, distinxit iuxta Benedictum XIV. negotiationem proprie et improppie dictam, et idem vir doctus et eloquens et a me vere aestimatus, specialibus quibusdam exemplis adductis quaesivit: quae ergo illa negotiatio est, quae clericis, certis cautionibus, in schemate indulgetur? Pace tanti viri, quem, ut dico, aestimo, ego cum modestia et humilitate meam sententiam ei dicam. Sum ex genere eorum virorum, qui in legibus disciplinaribus condendis cautum esse volunt ne quid nimis; quia penes humanae naturae proclivitatem ad excusandas excusationes in peccatis nil communius est, quam ut homines, obtentu nimietatis, obtentu grandioris alicuius insolitae difficultatis, a necessariis observatu possibilibus, immo perviis etiam ac facilibus se subducant. Ideo ex toto corde assentior iis, quae excellentissimus Colocensium episcopus de breviario reformato atque usibus cleri, qui in cura animarum constituitur et in dies magis magisque occupatur, accommodando elocutus est.

Quantum autem ad negotiationem attinet, ego sacerdotibus et clericis omnem omnino negotiationem prohiberem. Et ratio est, quia ego unam saltem negotiationis et quaestus speciem nosco, quae sacerdote et clero digna est: haec autem omnem aliam negotiationis speciem, sive illa propria sit, sive improppia, excludit. Est haec negotiatio, quam divini munera largitate in sacra ordinatione suscipiunt. Haec negotiatio unica sacerdotis et clericis est; quae non sinit talentum terrae infodere, non inane relinquere, sed illam negotiationem ita exercere debet, ut Domino talentum illum cum foenore et usura restituere possit. Tota sacerdotis vita et clericis unice Christo eiusque gloriae, et saluti animarum devota esse debet:

u škole i naobraženu mladež dobiju u svoje ruke. Tada će se ispuniti ono, što je nekoć Tertulijan govorio u svojoj apologiji: »Od jučer smo, ali smo sve vaše napunili i carstvo i vlasti i kuće, vama ostavismo samo hramove«.⁴ Ali, prečasni oci, ako ikada, ja mislim da danas osobito treba preporučiti svećenicima, da znanstvenu kulturu što više mogu goje, e da se ne dogodi, da oni, koji bi morali stojati na visini, štaviše na vrhuncu, i svoje poglede i vidike pružiti do krajnih granica zemlje, ne ostanu kao na podnožju brda, te u svojoj tvrdoglavosti i nadutosti tude poglede i vidike ili ignoriraju ili poriču.

Još je treće, o čemu sam odlučio govoriti. Jedan od štovanih otaca (Gandolfi?), govoreći o trgovaju, što se kao milost uz neke mjere opreznosti klericima i svećenicima dopušta u nacrtu, govoreći taj prečasni otac o biru i trgovaju, razlikovao je sa Benediktom XIV. trgovanje u pravom i nepravom smislu, te je isti učeni i rječiti i od mene vrlo cijenjeni biskup naveo neke specijalne primjere pa pita: Koje je dakle to trgovanje, što ga kleru uz neke mjere opreznosti nacrt dopušta? Da bude miran taj gospodin, kojega ja, kako rekoh, cijenim, ja Ću mu u svoj čednosti i poniznosti kazati što ja mislim. Ja sam od onih ljudi, koji kod stvaranja disciplinskih zakona hoće da se pripazi na to, da se što previše ne metne u zakon. Ljudska je narav već sama po sebi sklona, da svojim pogreškama traži izgovora, pa ništa nije tako općenito kao to, da se ljudi nastoje riješiti i dužnosti koje mogu i moraju vršiti, štaviše i od prolaznih i laganih, pod izlikom da se previše od njih traži ili da je to spojeno sa nekom neobičnom većom poteškoćom. Stoga iz svega srca pristajem uz ono, što je presvjetli kaločki biskup (Haynald) izrekao o reformi brevira i potrebama klđera, koji je u dušobrižničkoj službi i s dana na dan sve više poslovima zaokupljen.

A što se tiče trgovanja, ja bih svećenicima i klericima zabranio svako trgovanje uopće. A to stoga, što ja poznam samo jednu vrstu poslovanja i dobitka, koji su dostojni svećenika i klerika, a takvo poslovanje isključuje svaku drugu vrst poslovanja bilo u pravom ili u nepravom smislu. To je ono poslovanje, što ga brotom Božje milosti primaju u svetom redenju. To je jedino oslovanje svećenika i klerika, koje ne dopušta da talenat zakopa u zemlju, da ga ostavi besplodna, nego mora s njim tako poslovati, da može Gospodu vratiti onaj talenat, glavnici i kamate. Sav život svećenika i klerika ima biti posvećen jedino Kristu i Njegovo slavi, spasu duša. I treba vrlo dobro paziti, da se svećenici i klerici ikada ne natjeraju na takvo poslovanje, koje će ih odvratiti od njihovog zvanja i privući stranim službama, koje su često i protivne svećeničkom dostojanstvu. Ovamo dobro spada ona riječ svetoga Simeona: Ne upliće se u svjetovne poslove, tko za Boga vojuje. (2. Tim. 2, 4.)

I druga je opasnost, što kraj pokvarenosti ljudske naravi i sklonosti na svako зло, svaki dobitak ne znam kojim mjerama preznosti ograničen, lako se izvrgne u neobuzdanu pohlepu za

atque summopere cavendum, ne unquam sacerdotes aut clerci ad eam negotiationem redigantur, ut abstracti a vocatione sua ministeriis peregrinis, et a sacerdotii dignitate saepe contrariis vacare debeant. Huc quadrat illud sacrae scripturae effatum: Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus.

Accedit et aliud periculum, penes humanae naturae pravitatem et ad omne malum proclivitatem, quaestus quicumque et quibuscumque cautionibus muniatur, facile degenerat in effraenam lucri et divitiarum cupiditatem; hinc iniusticias, inquitates maxime dolendas. Temporum nostrorum malum unde est? Nonne inde, quod viri negotiantes et prava lucri cupidine allecti omnes divitias in manibus suis coacervant, atque omnis charitatis expertes magnam mortalium partem ad extremam et hucusque inauditam egestatem condemnant; condemnant ad servitutem quandam, quae longe peior est servitute quae olim Athenis et Romae sub idolatria et paganismo vigebat. Clericum et sacerdotem ab hoc periculo non esse liberum et immunem terribili Iudee proditoris exemplo comprobatur; quem contra perditionem nec Domini electio, nec eiusdem praesentia, nec sancta eius exempla et monitio impedire potuerunt. Hinc est quod quantum ego saitem sciam, ubique terrarum et gentium, et in foederatis Americae regionibus, et in Galliis, et in Germania et in Hungaria et nostra Croatia omnis negotiatio sacerdotibus strictissime vetita sit; nec unquam episcoli ad id veniunt, ut aliquando cogitent de aliqua specie negotiationis sacerdotibus aut clericis sub quibuscumque demum cautionibus indulgenda.

Si ergo in ecclesia Dei dantur regiones in quibus harum indulgentiarum necessitas est, tum haec in peculiaribus earum regionum adiunctis sita esse debet, et ut cautius et verius dicam in Domino, in eo sita esse debet, quod canones et leges ecclesiae de clericis suscipiendis, de iis ad ordinem admittendis, de iis instituendis, de iis probandis, de providendo iis; quod canones et leges ecclesiae Christi accurate non observentur. Scimus omnes primum et principale in clero esse vocationem. Si vocatio in tuto posita non est, frustra condetur mille de honestate clericorum regulae: qui per ostium non ingreditur, vix unquam pastor evadet, sed plerunque statui sacerdotali et clericali opprobrio et dedecori erit. Hinc est quod in ecclesia Dei summopere semper cautum fuerit, ne unicuique irrepatur facilitas aut plane levitas in iis ad sanctuarium recipiendis, qui saepe ad ostium stantes opportune, importune, saepe etiam sinistris motivis ingressum sollicitant. Summopere in ecclesia Dei cautum fuit, ne omnibus cito manus imponantur, sed non nisi iis, qui longiori probationis disciplina subacti, et statu sacerdotali et clericali digni inventi sint. Summopere in ecclesia Dei semper cautum fuit, ut clericis et sacerdotibus de honesta vita sustentatione omnino ita provisum sit, ut quemadmodum concilium Tridentinum sess. XXI. loquitur, clerci nunquam cogantur cum dedecore status sui aut mendicare, aut turpem quaestum exercere.

sticanjem i bogatstvom; a odatle najžalosnije nepravde i zločinstva. Odakle je zlo naših dana? Zar ne odatle, što poslovni ljudi, zavedeni zlom željom da stiču, sabiru sve bogatstvo u svoje ruke, te kako se bez ikakve ljubavi osuđuju veliki dio ljudi na najveću i do sada nečuvenu bijedu; osuđuju na neku vrst ropstva, koje je kudikamo gore nego što je vladalo nekada u Ateni i Rimu za vrijeme idolopoklonstva i poganstva. Da svećenik i klerik nije slobodan i prost od te opasnosti, dokazuje strašni primjer Jude izdajice, kojega nije mogla da sačuva od propasti niti okolnost, da ga je Gospodin izabrao za apostola, niti Njegova prisutnost, niti Njegovi sveti primjeri i opomene. Stoga je, koliko je meni poznato, svagdje na svijetu i kod sviju naroda, u Sjedinjenim Državama, u Francuskoj, u Njemačkoj, u Ugarskoj i našoj Hrvatskoj svećenicima svako trgovanje najstrože zabranjeno; i biskupima nikada na um ne pada, da dopuste svećenicima i klericima bilo kakvu vrst trgovanja pa makar uz koje mjere opreznosti.

Ako dakle u crkvi Božjoj ima krajeva, u kojima su takvi dopusti nužni, tada takva nužda mora biti u posebnim prilikama tih krajeva, ili ako će sigurnije i istinitije da kažem pred Bogom, mora biti u tome što se ne vrše savjesno kanoni i zakoni Kristove crkve o primanju u svećenički stalež, o pripustu k svetim redovima, o naobrazbi i ispitavanju klerika i o njihovoj opskrbi. Svi znamo, da je zvanje prva i glavna stvar kod klerika. Ako zvanje nije osigurano, badava ćemo izdati 1000 zakona o čestitosti svećeničkoj: koji ne ulazi kroz vrata, teško će ikada postati pastir, nego će većinom biti na rug i sramotu svećeničkom i kleričkom staležu. Stoga se u crkvi Božjoj uvijek na to jako pazilo, da nitko na laku ruku ili čak lakoumno ne primi u svetište one, koji često stoje kod vratiju, te zgodno i nezgodno, a često i iz zlih motiva silom hoće da budu primljjeni. Jako se u crkvi Božjoj uvijek na to pazilo, da se ne rukopoloži svatko, nego samo oni, koji su kroz dulje vremena u disciplini iskušani i nadeni dostoјnjima svećeničkog i kleričkog staleža. Jako se u crkvi Božjoj uvijek na to pazilo, da se svećenicima i klericima za čestito uzdržavanje potpuno providilo tako, da kako kaže tridentski sabor u 21. siednici, klerici nikada nijesu prisiljeni, da se na sramotu svoga staleža moraju baviti ili prosjačenjem ili sramotnim dobitkom. To su riječi tridentskoga sabora. Uvijek se u crkvi Božjoj jako na to pazilo, da klerici i svećenici, sjedinjeni sa svojim biskupom vezom svetoga posluha, budu u službi kod određene crkve, kod određenog svetog mjesta, da ne bi, kako opet kaže isti sabor, lutali bez stalnog mjesta i lažna beneficija izmišljali.

Ja mislim, kad bi se po svemu svijetu vršilo ovo, što sam rekao, ne bismo vidjeli kao što vidimo, da su svećenici i klerici pali u toliku bijedu i nevolju, te prose milostinju ne samo po kućama nego i po javnim trgovima; ne bismo vidjeli svećenike i klerike, koji životare od samih misnih stipendija i traže sredstva za život na način koji ponizuje; ne bismo čuli kao što smo čuli jednog bi-

Haec sunt verba concilii Tridentini. Semper in ecclesia Dei summopere cautum fuit, ut clerici et sacerdotes sanctae obedientiae vinculo episcopo suo uniti, certis ecclesiis, certis piis locis deserviant, ne, ut concilium itidem loquitur, incertis sedibus vagentur et fallacia beneficia ementiantur.

Ego existimo, si haec quae dixi, ubique terrarum et gentium observarentur, non videremus ut videmus sacerdotes et clericos eo aliquando miseriarum et egestatis prolapsos, ut nedum tantum in domibus sed etiam in publicis plateis et foris stipem mendicent; non videremus clericos et sacerdotes solis missarum stipendiis victitantes, et vilibus etiam mediis et modis vitae media quaerentes; non audissemus ut audivimus episcopum querentem quod eius regiones peregrinis et vagis sacerdotibus quasi locustis inundentur; verbo, non videremus nos ad necessitatem redactos, ut clericis et sacerdotibus, in quibusdam casibus propter vitae miseriam, questum quendam indultum facere debeamus.

Cum haec dico, dico sancta certe et pia intentione, quia cuperem ut tota ecclesia, imprimis autem mater nostra et magistra nostra, quam toto cordis affectu diligo, de qua cuperem ut sit immaculata et munda ab omni ruga et macula, ut omnes etiam qui hostiliter veniunt non habeant occasionem eam calumniandi, verum ut tamquam immaculata, et satis illibata sit coram populis et gentibus traducenda. Dum autem haec cogitarem, incidit in manus meas concilium provinciale romanum sub Benedicto XIII. pontifice celebratum, cuius verbis ego ex toto cordis affectu subscribo. En autem haec. Concilium romanum sub Benedicto XIII. felicis memoriae de vita et honestate clericorum his verbis commendabat titulo XVI. cap. III. »Clerus almae civitatis Romae ob multas rationes sit oportet forma et exemplar omnium totius orbis christiani clericorum; cum, ut dicit sanctus Bernardus lib. 4. de consideratione cap. 2., clerum illum ornatissimum esse deceat, qui praecipue in omni ecclesia reliquis dignitate praecedit, ita ut populi externi Romanum venientes ex omni parte, maneant semper aedificati.

Dum haec dixi, liceat mihi, eodem idearum nexu insistendo, quaedam animadvertere contra unum ex reverendissimis episcopis Italiae, cuius nomen et dioecesim ignoro: illum autem in tantum scio, quod hic loci de catechismo etiam loqui inceperit. (Postrema verba orationis a Francisco Pedicini archiepiscopo Barensi habitae. Nota ed.) Laudavit hic vir, et iustis laudibus extulit, et a me etiam approbatur, eminentissimos cardinales, et orationem in favorem cardinalium prolatam; et hac quidem in re me plane consentientem habet, cum etiam ego de cardinalium collegio loquens aperte dixerim collegium hoc cardinalium summis et omni veneratione dignis constare viris. Sed liceat mihi observare e regione illius praesulnis qui externarum distinctionum signa clericis vetita esse voluit, quod mihi vel invito incidit, me ab eius zelo apostolico hic expectasse; ut alios etiam et exteriorum colorum et disinctionum titulos

skupa, koji se tuži, da su njegov kraj poplavili kao skakavci strani svećenici i nestalna boravišta: riječ u jednu, ne bismo se nalazili u nuždi, da klericima i svećenicima u nekim slučajevima radi životne bijede moramo dopustiti da smiju sabirati milodare.

Kad ovo kažem, činim to bez sumnje iz svete i pobožne na-kane, jer bih želio da sva crkva, a u prvom redu naša majka i učiteljica (rimска crkva), koju ljubim iz svega srca i želio bih da bude neokaljana i čista od svake ljage i grijeha, da nitko pa ni oni, koji dolaze neprijateljski prema njoj raspoloženi, nemaju prilike da je ogovaraju, nego da kod sviju naroda bude priznata kao neokaljana i neporočna. A dok sam o tome razmišljaо pade mi u ruke Po-krajinski rimski sabor, održan za pape Benedikta XIII., čije riječi ja sa svim srcem potpisujem. Evo o čemu se radi . Rimski sabor za Benedikta XIII. blažene uspomene ovim riječima preporuča o životu i čestitosti svećenika u 16. naslovu 3. glavi: »Svećenstvo blagoslovljenoga grada Rima treba s više razloga da bude lik i uzor svih svećenika cijelog svijeta; jer, kako kaže sv. Bernardo u 4. knjizi: O razmatranju 2. glavi, treba da je vrlo ugledan onaj kler, koji nada sve u svakoj crkvi ostalima prednjači dostoja-nstvom, tako da vanjski narodi kada dolaze u Rim sa sviju strana, budu uvijek edificirani.

Kad sam to rekao, neka mi bude dopušteno, ostajući u istoj vezi misli, da nešto opazim proti jednom talijanskom presvjetlom biskupu, čijeg imena i biskupije ne znam, samo znam, da je ovdje počeo da govori i o katekizmu (nadbiskup F. Pedicini iz Bari). On je sasvim opravdano hvalio uзорите kardinalne, i ja mu odobravam govor, što ga je izrekao u prilog kardinalima; a da i ja potpuno uz njega pristajem, jasno je iz toga, što sam i ja govoreći o izboru kardinalskom izričito kazao, da je ovaj zbor sastavljen od najviših i svake časti dostoјnjih ljudi. Ali neka mi bude dopušteno opaziti nešto o onome, što je taj biskup tražio, da se klericima zabrani svaki vanjski znak odličja, što je meni i proti volji palo na pamet, a to je, da sam ja od njegove apostolske revnosti očekivao, da će se on kod toga dotaknuti i ostalih izvanjskih boja i odličnih naslova, e da ono što je po ljudskom pravu i ustanovi znatno ne prevagne nad onim što je po Božjem pravu i ustanovi. Sigurno sv. Ivan Hri-zostom ne bi toga ispustio u svojoj zlatnoj knjizi *O svećenistvu*, gdje on svećenike — radi neizmjerne one vlasti, što je imaju na tijelo i krv Gospodnju, radi neizmjerne vlasti, koju vrše oprاشta-jući i pridržavajući grijehu — pretpostavlja ne samo kraljevima i knezovima ovoga svijeta, nego i andelima, prijestoljima i gospod-štivima.

Taj je gospodin dodao primjedbu: pazimo, da sebi ne prisvojimo prava Svetе Stolice! Neka mi isti biskup dopusti, da se s njim u toj stvari ne slažem i tu opomenu suvišnom nazovem: jer ja u ovom slavnom zboru niiesam do sada čuo niti jedne riječi, o kojoj bi se moglo reći da hoće da prisvaja prava Svetе Stolice,

perstrinxisset, ne ea quae iuris et institutionis humanae sunt, longe praevaleant iis quae iuris et institutionis sunt divinae. Quod certe sanctus Ioannes Chrysostomus non recensitum non reliquisset in suo aureo libro *De sacerdotio*, ubi sacerdotes propter ingenitatem illam potestatem quam in corpus et sanguinem Domini habent, propter ingentem illam potestatem quam exercent in peccatis remittendis et retinendis, non solum regibus et principibus huius saeculi praefert, sed ipsis angelis, thronis et dominationibus.

Hic autem vir adiunxit admonitionem, ut caveamus ne iura sanctae sedis invadamus. Concedat mihi idem praesul, ut ei hac in re non consentiam et monitionem hanc superfluam dicam: quia ego in hoc augusto conventu hucusque nec unum verbum audivi, quod rationem habuisse iura sanctae sedis invadendi; pro quibus, credite mihi, et ego et nos omnes et vitam et sanguinem, si opus fuerit, paraati sumus dare: repeto, et ego et omnes semper vitam et sanguinem dare, quia in his iuribus nostra potestas, nos ipsa semper defendemus. Ast caveamus, caveamus ne dum benevolentiam et favorem nostrorum superiorum iusto modo optamus, ne charitatis et iustitiae leges erga fratres violemus. Meminerimus inter praecipua charitatis et venerationis, quam summis viris et talis institutionis debemus officia, primum ac praecipuum locum obtainere veritatem: quae veritas sancta intentione prolata nunquam seu personae alicui, seu alicui dignitati nocuit, sed semper profuit. Meminisse semper oportet nos, in primis in sacro hoc oecumenico concilio, cuius nos discipuli sumus; illius nimirum qui aliquando dixit: Non de solo pane vivit homo, sed de omniverbo quod procedit de ore Dei. Ab illa veritate veritatem panem quotidianum factam esse, quo et singulos mortaliuum, et omnes auctoritates, et omnes dignitates perpetuo nutriri oportet, si velint vere vivere, vere proficere, de die in diem melius et perfectius transmittere, et si destinationem suam semper et ubique assequi velint.

Venerandi patres, dixi quae dicenda habui, et fors patientiam vestram ultra quam par est. exercui: verum quidem est. Materia iam pene et certe exhausta est: verum existimo, cum agitur de doctrinis Divinis explicandis et definiendis, cum agitur de conscientia populorum et gentium sub conditione vitae et mortis aeternae religanda, cum agitur de decretis condendis perpetuo valitulis, potius plus dicatur quam minus, potius peccetur per excessum, quam per defectum. Imitemur concilium Tridentinum, quod non tantum in singulis canonibus et decretis, verum etiam in singulis canonum et decretorum phrasibus et sententiis discutiendis integras hebdomadas immo menses insumpsit, et in rebus gravioribus ad ipsos infirmos et moribundos canones et decreta transmisit, ut eorum etiam iudicio eorumque suffragio munirentur. Imitemur concilium Tridentinum tanto magis, quanto magis et ipsi in corde nostro sentimus, cuicunque ab eo tempore quo hic sumus, parum profecerimus

koja ćemo, vjerujte mi, i ja i svi mi i život i krv, ako ustreba, stremono dati; opetujem: i ja i svi uvijek život i krv dati; jer u tim pravima naša vlast, mi ćemo ih uvijek braniti. Ali čuvajmo čuvajmo se, da dok želimo imati blagonaklonost i dobrohotnost vojih starješina na pravedan način, ne povrijedimo zakone ljubavi i pravednosti prema braći svojoj. Sjetimo se, da među glavnim čžnostima ljubavi i poštovanja, što ih dugujemo tako odličnim adima i takovoju ustanovi, prvo i glavno mjesto zauzimlje istina: istina, izrečena svetom nakanom, nikada nije škodila niti kojoj sobi, niti kojoj ustanovi, nego je uvijek koristila. Treba da se i uvijek sjećamo, osobito u ovom svetom općem saboru, čiji smo i učenici; onoga naime, koji je jednom rekao: Ne živi čovjek samom kruhu, nego o svakoj riječi, koja izlazi iz Božjih ustiju. (Mat. 4, 4). Da je od one istine postala kruh svakidanji, kojim treba da se neprestano hrane pojedini smrtnici, i sve vlasti i sva dostojanstva,ako hoće da doista žive, da doista napreduju ,da s dana na dan bolje i savršenije prožive, i ako uvijek i svagdje hoće da postignu svoje određenje.

Časni oci, rekao sam, što sam imao da kažem, i možda sam ašu strpljivost iskoristio više nego što treba; to je doduše istina. Predmet je već skoro i sigurno iscrpljen; ali mislim, kad se radi o tome, da se božanske istine protumače i definiraju, kad se radi o tome da se savjest puka i naroda obaveže pod uvjetom vječnog života i smrti, kad se radi o izdanju odluka, koje će trajno biti na snazi, bolje je da se kaže više nego manje, bolje je da se zgriješi preobilnošću nego nedostatkom. Slijedimo tridentski sabor, koji ne samo kod pojedinih kanona i dekreta, nego i kod pojedinih utraza u kanonima i dekretima i u raspravljanju raznih mišljenja izrošio čitave tjedne pa i mjesecce, a u težim pitanjima i samim bosnim i umirućim ocima dostavio kanone i dekrete, da ih i njihovim dom i glasom utvrdi. Slijedimo tridentski sabor tim više, što i ni u svom srcu osjećamo, da otkada smo ovđe slabo smo napredovali do savršenoga čovjeka i punine Kristove dobe. i okrećemo u pogrešnom krugu; a kako ćemo iz njega izaći i postići uzrenu svrhu, za kojom težimo, nitko ne zna.

Ova je zgrada bez sumnje vrlo veličanstvena; ali svi kažemo: e zgodna za držanje rasprava, jer se glasovi šire u onaj neizerni prostor, te ne dolaze do ušiju onima, koji imaju pravo da u svaku riječ, a nema ni mnogo drugih elemenata, koji su za bodnu raspravu nužni. Nema u prvom redu onoga, što je nužno, se stvar može raspraviti i u bratskoj povjerljivosti raščistiti. Bez toga ne ćemo svoje svrhe nikada postići, nego ćemo uvijek, i do sada kolebiti se nestalno i neodlučno, kao mala djeca. sigurno u ovakvim prilikama imam nade jedino u Duha Svetoga, iji nas upravlja, koji ima taj običaj da se služi ne samo kreporu .zaslugama i ustanovama ljudskim, nego i njihovim nedostat-

in virum perfecum et plenitudinem aetatis Christi, et volvimus in circulo vitioso; ex quo quomodo evasuri, et finem sublimem, ad quem tendimus, obtenturi simus, nemo scit.

Hae aedes certe magnificentissimae sunt; ast omnes dicimus: discussionibus habendis non sunt aptae, quia voces in immenso hoc spatio diffusae ad aures eorum, qui omnia verba audiendi ius habent, non pertingunt: et multa alia, quae ad liberam discussionem necessaria sunt, elementa desunt. Desunt imprimis ea, quae ad rem discutiendam, et fraterna cum confidentia concertandam necessaria sunt. Sine his autem nunquam finem nostrum obtenturi sumus; sed semper, ut hucusque, in incerto et ambiguo tamquam parvuli fluctuabimus. Ego certe in his rerum adiunctis unice spem habeo in Spiritu sancto qui nos dirigit qui hanc consuetudinem habet non tantum hominum virtutibus, hominum meritis et institutionibus, sed etiam hominum defectibus et infirmitatibus, dico etiam confusionibus uti, ut altiores fines sua providentia obtineat. Ut ille nobis assistat, ut ille a nobis pericula, quae forte redirent peiora prioribus, avertat, ut ille nos ad plenae libertatis et charitatis diem transferat, hoc ardentissimum cordis mei votum et suffragium est; cui voto et suffragio certe corda venerabilium fratrum consentiunt.

cima i slaboćama, a kažem i njihovom smetenošću, da svojom providnošću postigne više ciljeve. Najvruća je želja i molitva srca, da nas Duh Sveti pomogne, da odvraći od nas pogibli, koje će možda biti gore od predašnjih, da nas On prenese u dan potpune slobode i ljubavi; a toj se želji i molitvi priključuju sigurno i srca casne braće.

ORATIO

*reverendi patris domini Josephi Georgii Strossmayer episopi
Bosnensis et Sirmiensis.*

Eminentissimi praesides, ac eminentissimi et reverendissimi patres.

Paucis me quantum possibile est expediam, quia longiorem esse vetat adversa valetudo et magnum ad usque fastidium, et aliquando longiores orationes quae mihi quidem pro rerum, quae hic tractandae sunt, gravitate aliquando necessariae videntur. propter loci importunitatem vix non superfluae redduntur, cum ab omnibus debite audiri nequeant, cumque earum impressionibus prohibitis vix ullus modus restet eas in communem omnium patrum utilitatem et usum derivandi.

Ea quae ad stylum praesentis schematis attinet silentio pre-mam, quamquam ille hinc inde meo saltem iudicio intolerabilis atque ita comparatus sit, ut non tam stylus cogitationibus praecise et presse exprimendis inserviat, quam potius cogitationes, etiamsi contrito collo, stylo accommodentur. Est quidem verum quod dictum hodie nobis fuit, nobis liberum esse styli correctionem suadere: sed res facile dicitur difficile autem ad effectum deducitur. Nam stylus hic totus textura quaedam est; in texturam autem intexere novum fragmentum semper erit alienum, et oculis peritis semper visible: et alioquin unus ex concilii patribus ante me loquens de styli correctionibus apte et abundantanter disseruit, et correctiones proposuit.

Venio ad rem ipsam: tres observationes faciam, quarum prima spectat ad ultimum prooemii fragmentum quod incipit: »Cum itaque nos«. Mea sententia mox ab initio fuit, et actu est, rei de qua agitur naturae, conciliorum antiquorum praxi et consuetudini, et praesentis temporis realibus indigentis et votis magis convenire, si ea quae communi, etiamsi non aequo, nostrum omnium iure, communi consilio et opere conficiuntur, communi quoque nomine compellentur et publicentur. Responsum mihi quidem fuit, irrefragabili auctoritate titulum canonum et decretorum ita esse stabilitum, ut is amplius alterari omnino nequeat. Res quidem mihi nova, et in oecumenicis conciliis hucusque inaudita visa est. Venerandae deputationi, quae huic schemati corrigendo insudavit, ego tenerrimas gratias ago, quod in rem, ut ita dicam, inalterabilem, tamen aliquam alterationem et commutationem in melius

ČETVRTI STROSSMAYEROV GOVOR.

Četvrti se put Strossmayer javio za riječ u 31. općoj sjednici ožujka 1870., i to u specialnoj raspravi o u v o d u (prooemium) nacrtu katoličkoj vjeri. Prije njega su to jutro govorili biskupi: Moreno, Ganić i Dreux-Breže, a poslije njegova govora i burnih upadica urečena je jednica za slijedeći dan.

Od sviju govora u vatikanskom saboru nije ni jedan izazvao toliko dica i izraza negodovanja nad izvodima govornikovim, kao ovaj četvrti Strossmayerov govor. Donosim i njega u cijelosti u viernom prijevodu i u ginalu.

G O V O R

časnog oca gospodina Josipa Jurja Strossmayera, biskupa bosanskoga i srijemskoga.

Uzoriti predsjednici, i uzoriti i prečasni oci!

Reći će što mogu kraće, jer mi ne dopušta da dulje govorim narušeno zdravlje ni veliki dosadanji umor, ni nešto dulji goori, koji su po mojoj mišljenju doista nekada i potrebni obzirom važne stvari, koje ovdje treba da raspravljamo, ali obzirom na nepotedesnost lokala su skoro suvišni, jer ih ne može svatko da ne; a jer je zabranjeno da se štampaju ne ostaje skoro nikakav drugi način, da ti govori budu na opću korist i porabu svima ocima sabora.

Prelazim šutke o stilu ovoga nacrta, premda je on po mojoj tu i tamo nesnosan i takav, da stil ne služi za to da se misli i kratko izreknu, nego se više misli, makar i slomljena vrata, agoduju stilu. Istina je duduše, što nam je danas bilo rečeno, mi smijemo zagovarati popravak stila; ali to je lakše reći nego ršiti. Jer ovdje je stil jedno čitavo tkanje, a utkati nov komad kivo znači dodati nešto tude, vještu oku uvijek vidljivo. Uostavljeno je prije mene jedan saborski otac zgodno i opširno govorio pravcima stila i predložio kako da se popravi.

Prelazim na samu stvar; troje imam da opazim, i to prvo se tiče posljednjeg odlomka u nacrtu, koji počinje riječima: *m i t a q u e n o s.⁵* Moje je mišljenje bilo od početka, pa je i da i prirodi stvari, o kojoj se radi i praksi i običaju starih srednjih sabora, i realnim potrebama i željama sadašnjice više odra, ako se i zajedničkim imenom nazove i objavi ono, što se

admisericordiam, dicendo nempe: »Sedentibus nobiscum et iudicant universi orbis episcopis in hanc oecumenicam synodus auctori nostra in Spiritu sancto congregatis.« Ego vestigiis deputati insistendo, et exemplum gravissimorum et eruditorum virorum intertando, brevem adhuc immutationem, seu, ut rectius dicam, unitantum vocis adiectionem suadebo et quidem eum in finem, ut vina episcoporum iura pressius ac praecisius exprimantur. Quis suadeo, sequens est; dicatur nempe: »Sedentibus nobiscum ac iudicantibus et definitibus de fide universi orbis episcopis;« aut si praeplicerit: »Sedentibus nobiscum ad iudicandum et definitum de fide universi orbis episcopi Unius huius vocis additionem ex sequentibus rationibus suade. 1.^o quia iuuenientibus conciliis haec a me commendata formulata usitata et quidem in iis etiam oecumenicis conciliis, in quibus dogmaticae epistolae et constitutiones examinabantur et diiudicabantur; et episcopi in hisce talibus conciliis ad ius suum divinum extra omnem dubitationem ponendum ita subscribere consueverunt: »Iudicans et definiens subscripsi« aut vero »definiens subscripsi.«

2^o. Notum est quod concilium Tridentinum, cuius ego cuperem ut vestigiis semper et in omnibus insistamus, concilium Tridentinum non tantum illam vere divinam, et, iuxta meam saltem persuasionem, omni imitatione dignam, omnibus suis canonibus et decretis ex apostolorum concilio mutuatam formam adhibuit: »Sacrosancta Tridentina synodus in Spiritu sancto congregata«; sed, ut quilibet semet convincere potest, in fine huius concilii omnes episcopi, fere nullo excepto, subscripserunt: »Definiens subscripsi.«

3^o. Cur ego hanc vocis additionem suadeam, haec ratio est, quia, ut omnibus nobis constat, recentissimo tempore in controversiis suscitatis certi scholae theologi sensum vocis huius iudicare, dum de episcopis in conciliis agitur, adeo enervarunt, adeo extenuarunt, ut valorem eidem eriperent, atque tantum ad solam facultatem approbandi reducerent. Ut itaque divina episcoporum iura salva et inviolabilia sint, formulam »iudicantibus« per additionem vocis definitibus definitam et praecisam esse volo.

Eminentissimi ac reverendissimi patres, omnes aequo modo convicti sumus, ad praecipua divinae pietatis et misericordiae opera pertinere divinum in ecclesia primatum: omnes aequo modo convicti sumus et parati sumus illam sancti Cypriani in libro de unitate ecclesiae quoad primatum divinam sententiam, si opus est, sanguine nostro subsignare. Omnes nos parati sumus divinam hancce auctoritatem et eius iura fusis praconii si opus sit celebrare et praedicare, quemadmodum eamdem recentissimis temporibus magis quam aliis nostra publica agendi ratione et praedicavimus et professi sumus. Sed etiam episcoporum iura divina sunt: non sunt nostra proprietas. A Deo illa accepimus, ut iis in concilii et in ecclesiae utilitatem et decus utamur et in populi nostri utili-

ovdje posvršava zajedničkim, iako ne jednakim savjetovanjem i radom. Meni je doduše bllo odgovoreno, da je naslov kanona i dekreta po neospornom auktoritetu tako utvrđen, te se on više nikako ne može mijenjati. Meni se to uistinu činilo nešto novo i u crkvenim saborima do sada nečuveno. Časnom odboru, koji se znojio oko popravka ovoga nacrta ja izrazujem najnježniju zahvalnost, što je u stvar, da tako kažem nepreinačivu, dopustio ipak neku preinaku i izmjenu u bolje, kad je naime kazao: »dok s nama sjede i sude biskupi iz cijelog svijeta našim auktoritetom u Duhu Svetom u ovaj opći sabor sazvani«. Ja će ići tragom odborovim, i slijedeći primjer vrlo ozbiljnih i naobraženih ljudi predložit će još jednu kratku izmjenu, ili, da ispravnije kažem, dodatak samo jedne riječi, a to u svrhu, da se božanska prava biskupa zbijenije i točnije izraze. Predlažem naime, da se ovako kaže: »Dok s nama sjede i sude i definiraju o vjeri biskupi cijelog svijeta«; ili ako vam je milije: »Dok s nama sjede da sude i definiraju o vjeri biskupi cijelog svijeta«. Predlažem dodatak te jedne riječi s ovih razloga: 1. jer je ta po meni preporučena formula bila u porabi u općim saborima, štaviše i u onim općim saborima, u kojima su dogmatske poslanice i konstitucije ispitivane i prosudjivane; a u takovim su saborima biskupi, da svoje božansko pravo postave izvan svake sumnje, običavali ovako potpisivati: »Sudeći i definirajući potpisao sam«, ili pak: »Definirajući sam potpisao«.

2. Poznato je, da je tridentski sabor — a ja bih želio, da mi postojano idemo njegovim tragom uvijek i u svemu — da je tridentski sabor ne samo se poslužio onom doista božanskom i barem po mojoj uvjerenju, svakoga nasljedovanja dostoјnom formulom, pozajmljenom iz sabora apostola, u svima svojim kanonima i dekretima: »Sveti tridentski sabor u Duhu Svetom sabran«, nego su na kraju toga sabora, kako se svatko može uvjeriti, svi biskupi, skoro bez ijednog izuzetka potpisali: »Definirajući potpisah«.

3. Treći razlog, radi kojega ja zagovaram dodatak ove riječi, jest ovaj: jer, kako je nama svima poznato, u najnovije su vrijeme u nastalim rasprama stanoviti učitelji teologije smisao ove riječi: suditi, kada se radi o biskupima u crkvenim saborima, tako oslobili, tako stegnuli, da su mu oduzeli svako juridično značenje i vrijednost, te ga jedino reducirali da označuje sposobnost odravanja. Da dakle božanska prava biskupa budu čitava i neporedljiva, hoću da formula »dok sudimo« dodatkom riječi »i definiramo« bude zaključena i utanačena.

Uzoriti i prečasni oci! Svi smo mi jednako uvjereni, da božanski primat u crkvi spada među poglavita jela Božje dobrote i milosrđa; svi smo mi jednako uvjereni i pripravni, da, ako ustreba, i svojom krvlju potpišemo nu božansku misao svetoga Ciprijana o primatu, u knjizi: O jeinstvu crkve.⁶ Svi smo mi pripravni, da ovaj božanski auktoritet i njegova prava slavimo i propovijedamo opširnim hvalospje-

tatem, et iis renunciare nemo nostrum potest: vitam potius externam sua positione renuntiabit, quam iura sibi divinitus credita, ut in iudicii die, cum Dominus noster deposcat, integra, inviolabilia, et si possibile est, cum multo ioenore eidem restituamus.

Dixi ergo hac in re nos incedere oportere et insistere concilium Tridentini vestigii. Notum est quod concilium Tridentinum certe summi pontificis Romani auctoritatem et iura eiusdem inviolabilia esse voluerit, et recte quidem: sed eadem firmitate et eadem conscientia custodivit concilium Tridentinum episcoporum iura divina. Omnium vestrum memoriae inhaerebit certe sessio XVI., quae fuit prima sub Pio IV. celebrata, in qua duae saltem voces, quae videbantur proponendae legatis, occasionem gravissimae controversiae dederunt Hispanis episcopis tunc temporis summa cum energia hisce vocibus reluctantibus, nec quiescentibus quounque aperte in protocollo non nominaretur eos protestari contra eas voces. Immo vero aliquis Hispaniae episcopus non contentus inseruisse hanc suam cauteiam in protocollo, sibi hoc dari petit ad aeternam rei memoriam a secretario qui a protocollis erat. Proh dolor! hic loci protocolla non existunt, nec huiusmodi adminicula. Ast concilii Tridentini patres eo usque non quieverunt quounque tandem in sessione XXIV. capite 21. non fuisse ita explicata et definita haec formula, ut in nullo equidem episcoporum iuribus contraria esset. Id peculiare est, quod in hoc capite dicitur, ideo id fieri ut ne unquam futuris temporibus de canonibus et decretis, quae concilii Tridentini auctoritate condita sunt, ulla dubitandi occasio praebeatur.

Notum est concilium Tridentinum eodem modo processisse cum ageretur de sacramento ordinis, et canone quidem octavo aut septimo, ut diffuse narrat Pallavicinus lib. XXIX. historiae suea. Qua occasione concilium Tridentinum ipsas etiam voces conciliorum auctoritate sacratas a se removit, ne in aliquo episcoporum iuribus praecaudare videretur. Ego convictus sum, quod si hanc sententiam in medio patrum concilii Tridentini propugnarem, certe plurimi, paucissimis exceptis, in meam sententiam, ut dici solet, pedibus manibusque irent, excepto certe praedecessore meo in cathedra hacce.

Secunda observatio refertur ad fragmentum: »Nemo siquidem ignorat proscriptas a Tridentinis patribus haereses etc.« Hic sermo est, reverendissimi patres, de protestantismo; et venerandi episcopi, qui huic schemati corrigendo insudarunt omnium malorum et omnium errorum, qui inde a concilii Tridentini temporibus usque ad nostra tempora mundum inundarunt, omnium inquam errorum et malorum fontem et originem protestantismum esse putant; quem plane initio sequentis fragmenti vocant cum suis surculis impianam pestem, cuius veneni virus pervaserit etiam ecclesiae filios. Pace virorum eruditissimorum, et eruditione et auctoritate certe mihi praestantium, dicam mihi hoc totum primum fragmentum non videri neque veritati plens et charitati certe non conforme esse.

ma ako treba, kao što smo to u posljednje vrijeme više nego rade svojim javnim radom i propovijedali i priznavali.

Ali su i prava biskupija božanska, nijesu naša vlasnost. Od Boga mo ih primili, da se njima poslužimo u korist i čast sabora i crkve, nijedan se od nas njih ne može odreći: radije će svoj život počinjanskom položaju otkazati, nego se odreći Bogom mu povjerenih rava, da ih na sudnji dan, kada Gospodin naš zatraži, čitava, neuvrijedena i ,ako je moguće, sa velikim dobitkom njemu samomu ratimo.

Rekao sam dakle, da treba da mi idemo i stojimo na tragu tridentskog sabora. Poznato je, da je tridentski sabor htio bez sumnje, da ugled i prava Svetoga Oca pape rimskoga budu nepovrijedena- i punim pravom: ali je isto tako odlučno i savjesno tridentski sabor branio i božanska prava biskupa. Svi će se vi sigurno sjećati 16. sjednice, koja je bila prva održana za pape Piju IV., u kojoj su same dvije riječi, predložene po legatima, dale poda vrlo teškoj raspri biskupima Španije one dobe, koji se tima riječima najenergičnije opriješe i nijesu se smirili, dok se nije uapisniku otvoreno spomenulo, da oni prosyđedu proti tima riječima. Štaviše jedan je španjolski biskup bio nezadovoljan time, što je ta njegova ograda unešena u zapisnik, tražio od zapisničkog tajnika, da mu na vječnu uspomenu dade prepis toga.⁷ Na žalost, ovdje nema ni zapisnika ni takovih pomagala. Ali oci tridentskog sabora nijesu mirovali sve dotle, dok nijesu konačno u 24. sjednici 21. poglavljju tu formulu tako protumačili i definirali, te ona nije ni učemu bila protivna pravima biskupa. Značajno je, što se u tom poglavljju kaže, da je ono učinjeno u tu svrhu, da se nikada u buduće ne dade nikakva prilika sumnji o kanonima i dekretima, utvrđenim lašću sabora tridentskoga.

Poznato je, da je tridentski sabor jednako postupao i kad se radilo o sakramentu sv. reda, i to u svom osmom ili sedmom kanonu, kako opširno pripovijeda Pallavicini u 29. knjizi svoje posjeti.⁸ Tom je prilikom tridentski sabor odstranio i neke riječi posvećene saborskim auktoritetom, samo da se ne bi činilo, da sabor bilo u čem prejudicira božanskim pravima biskupa. Ja sam uvjeren, kad bih ja ovo mišljenje branio usred otaca tridentskog sabora, da bi sigurno većina, uz vrlo malu iznimku, i rukama i nogama, kako se kaže, pristala uz moje mišljenje, izuzevši dakako ioga predgovornika na ovoj katedri.⁹

Druga se moja opaska tiče odlomka: »Svatko doduše zna, da su po tridentskim ocima osudene hereze i ost«.¹⁰ Tu je, prečasni ci, govor o protestantizmu; a časni biskupi, koji se znojše oko popravka ovoga nacrtu misle, da je protestantizam izvor i začetak sviju zala i sviju zabluda, što poplaviše svijet od tridentskog sabora pa do naših vremena, sviju kažem zabluda i zala; pa ga da-kako na početku slijedećeg odlomka nazivlju sa njegovim ogranicima bezbožnom kugom, čiji je otrov zahvatio i sinove crkve. Na

Non est conforme plene veritati. Certum quidem est protestantes grande crimen commisisse, cum spreta et insuper habita haec catholicae ecclesiae auctoritate, non ut dicit schema, res religiosas. sed res fidei id est aeternas et immutabiles fidei veritates subiectivo rationis iudicio et arbitrio subiicerent. Pernicioso hocce superbiae et corruptionis humanae fomento certe fons grandium ecclesiae malorum est apertus; et certe exinde rationalismus et criticismus, et alia inde sunt orta errorum monstra. Verum scendum est, etiam protestantismi et eius qui cum illo in connexione est rationalismi germina saeculo XVI. iam praeexitisse, praeexitisse in sic dicto humanismo et laxismo, quem in ipso protestantismo viri magnae auctoritatis incauto sane modo foverunt et nutriverunt. Nisi germen protestantismi et rationalismi iam praeexitisset, vix concipi posset quomodo exigua scintilla tam grande in medio Europeae excitaverit incendium, hodierna die adhuc non restinctum.

Secundo nec illud in dubium vocari potest, ecclesiae, religionis et fidei et omnis auctoritatis contemptum et perniciosissimas doctrinas enatas fuisse absque ulla parentela et cognatione cum protestantismo, in medio gentis catholicae saeculo XVIII. temporibus Voltaire et encyclopaedistarum. Eae non transierunt per medium protestantismum, sed in medio catholicae nationis exortae sunt: quae animorum et mentium corruptio, ut notum est, tantam edidit tamque terribilem stragem, ut eversis cunctis totius humanae societatis fundamentis, omnia inaudito modo funeribus et sanguine compleverit. De ea re, de eo phaenomeno dici non potest quod alienum contagium sit, sed contagium, proh dolor! et sanguineis lacrymis deplorandum, proprium, cuius virus adhuc serpit, et hodiernae societati magna pericula minatur.

Tandem et illud negari non potest et illud mihi videtur excrandum, quod venerandae deputationis membra in texenda genealogia naturalismi, materialismi, pantheismi, atheismi, haec omnia sine ullo discrimine videantur asserere protestantismo. Certe perniciosissimae hae sunt doctrinae: certe omnibus conatibus in id intendendum, ut huiusmodi doctrinae ex conscientiis hominum, et omni ex mundo eliminentur. Verum ut praeclarissimus unus orator, qui primus quantum recordor locutus est, dixit, etiam materialismus et huiusmodi errores iam temporibus concilii Nicaeni in schola Alexandrina enati et inde evulgati fuere; ita ut veritati plane et ex toto conforme non videatur huiusmodi teterrima vitia soli protestantismo adscribere. Praeterea dantur, et sunt etiam in medio protestantium viri etiam graves qui ecclesiae (et sunt viri graves) qui ecclesiae catholicae et nobis in hisce errorum commentis et monstris oppugnandis quandoque praeclaro sunt auxilio et adiumento. Ego memorabo unum ex antiquis, Leibniz, eruditum virum in ecclesiae catholicae institutis dijudicandis, aequum vero in erroribus oppugnandis, et propulsandis vitiis strenuum, et qui summas vires adhibuit ut inter communitates christianas concordia invehheretur.

umirenje vrlo naobraženih ljudi, koji su svojom naobrazbom i ugledom meni bez sumnje odlični, moram ipak reći, da se meni čijeli ovaj prvi odlomak čini, da niti istini potpuno odgovara, a ljubavi sigurno ne.

Ne odgovara potpuno istini. Sigurno je doista, da su protestanti počinili veliko zločinstvo, kada su prezreli i omalovažili ovaj auktoritet katoličke crkve, te podvrgli subjektivnom суду i mišljenju razuma ne religiozne stvari, kako se u nacrtu kaže, nego stvari vjere, to jest vječne i nepromjenljive vjerske istine. Tim je pogubnim sredstvom ljudske oholosti i pokvarenosti bez sumnje otvoreno vrelo velikih zala u crkvi; a sigurno su se odatle porodili i racionalizam i kriticizam i ostale nakazne zablude. Ali treba znati, da je i sjeme protestantizma i s njim u vezi racionalizma postojalo još prije 16. vijeka, i to u tako zvanom humanizmu i laksizmu, koji su dakako i u samom protestantizmu ljudi velikog ugleda, ali svakako na neoprezan način gojili i podržavali. Da sjeme protestantizma i racionalizma nije već prije postojalo, jedva bi se moglo shvatiti, kako je ona malena iskra izazvala usred Evrope tako veliki požar, koji ni do dana današnjega nije ugašen.

A drugo, ne može se ni o tome sumnjati, da su se usred katoličkog naroda 18. vijeka, za vrijeme Voltaire-a i enciklopedista porodili i prezir crkve, religije i vjere i svakog auktoriteta, i vrlo pogubne nauke, bez ikakve srodnosti sa protestantizmom. Te zablude nijesu prošle kroz protestantizam, nego su nastale usred katoličkog naroda; a ta pokvarenost duha i umja, kako je poznato, donijela je tolik i tako strašan pokolj, da je uništila sve temelje ljudskoga društva, i na nečuven način ispunila sve ubistvima i krvlju. O tome, o toj pojavi ne može se reći, da je tuda zaraza, nego je na žalost vlastita zaraza, koju treba krvavim suzama oplakivati, jer se njezin otrov još šulja i današnjem društvu prijeti velikim opasnostima.

Napokon se ni to ne može poreći i ja to osuđujem, da naime članovi uglednog odbora u izvođenju genealogije naturalizma, materijalizma, panteizma, ateizma, sve to bez ikakve razlike kao da pripisuju protestantizmu. Nema sumnje, da su te nauke vrlo škodljive; nema sumnje, da treba živo o tome raditi, da se takove nauke odstrane iz ljudske savjesti i iz cijelog svijeta. Ali, kako je jedan vrlo odlični govornik — koji je prvi govorio, koliko se sjećam — rekao, i materijalizam i takove zablude su već u doba nicejskog sabora (g. 325.) nikle u aleksandrijskoj školi i odatle se raširile; tako da ne izgleda potpuno i sasvim u skladu s istinom, kad se takove najružnije mane pripisuju samome protestantizmu. Osim toga, nade se i ima takoder među protestantima ozbiljnih ljudi, koji crkvi katoličkoj i nama u pobijanju ovih lažnih zabluda i nakaza, katkada vrlo lijepo pomažu. Ja ću spomenuti samo jednoga od starijih, Leibnitz-a, čovjeka naobražena u prosudivanju katoličkih

Ego adhuc quaedam, eaque pauca, memorabo. Scitis omnes et exhorruistis ad immanem illum librum Renani qui divinitatem Domini nostri Jesu Christi aggressus est; praeclera dicta sunt ab episcopis catholicis et doctoribus ecclesiae catholicae ad hunc errorum confutandum, praeclera certe et omni laude dignissima. Verum memorare non dubitamus, fuisse etiam inventos in medio protestantium praeclaros viros, qui aeque hunc librum oppugnarunt, qui Jesu Christi vindicias praebuerunt: ego unum memorabo vel duos. Quis non novit opus Guizot, qui responsionem aggressus est, et cuius meditationes de religione cuperem ut omnium manibus quantum possibile est tererentur (*murmur*), certe paucis exceptis; qui talia habet ut ab eo neque sperari, neque exspectari possent: plura in libris eius praeclera sunt. Ego quidem existimo dari in medio protestantium magnam turbam, quae virorum illorum in Germania. Anglia et America vestigia premens et Dominum nostrum Jesum Christum adhuc amans meretur, ut ad eam applicentur illa magni Augustini verba: Errant, errant, sed bona fide (*murmur*) errant: haeretici sunt, haeretici, sed nullus pro haereticis habet.

Praeses cardinalis De Angelis: Precor, reverendissime pater, ut abstineas a verbis quae scandalum in nonnullis patribus excitant.

Orator nonnulla verba profert in eodem sensu, quae non percipiuntur; sed statim interrumpitur ab eminentissimo praeside cardinali Capalti, qui animadvertisit hic non agi de protestantibus sed de protestantismo, non agi de personis sed de haeresi in genere. Porro negandum non esse tot hodiernos errores tanquam a fonte derivasse a protestantismo in genere spectato, nimirum a principio iudicii privati; igitur sibi videri non esse contra charitatem si dicatur protestantismum in seipso spectatum eum esse a quo tot monstra errorum derivarunt, ideoque ex verbis prooemii nulla in protestantibus legitimam officinationis occasio nabi.

Orator. Ego gratias summas habeo eminentiae vestrae pro hac instructione: sed me argumenta quae eminentia vestra protulit ad id probandum, quod omnia illa mala sint adscribenda protestantibus, non convincunt. Et ego existimo dari in protestantismo non unum alterumve hominem, sed turbam hominum qui adhuc Jesum Christum amant (*murmur*).

Praeses cardinalis Capalti: Peto ut insistas iis de quibus schema loquitur. Haec est expressio quae de protestantibus adhibita fuit. Tantum dictum est, proscriptas a Tridentinis patribus haereses in multiplices discordesque sectas fuisse discessas. Igmar vides hic ne nominari protestantes; nominantur tantum se-

...nova, pravedna u pobijanju zabluda i odvažna u suzbijanju opa-
... i koji je sve moguće učinio da se među kršćanske zajednice
ga uvede.

Spomenut će samo još nešto malo. Svi znate i zgražali ste
nad onim groznim djelom Renanovim, u kojem je napao božanstvo
našega Gospodina Isusa Krista;¹¹ katolički biskupi i doktori
katoličke crkve su sjajne stvari rekli pobijajući to djelo; vrlo sjajne
svake hvale dostojne stvari. Ali se ne bojimo spomenuti, da se i
među protestantima našlo odličnih ljudi, koji su također pobijali to
djelo, koji su pravo Isusovo branili; ja će spomenuti jednoga ili dva.
Me nije poznato djelo Guizota,¹² koji je odgovorio Renanu i na-
šao razmatranja o religiji, koja bih ja — osim nekih dakako manjih
nekostiju — želio, da svatko koliko je moguće ima u rukama (Žamor);
koji je napisao takve stvari, te im se ne bi nadao niti ih
šekiravio: ima mnogo sjajnih stvari u njegovim djelima. Ja barem
vjerenim, da među protestantima ima veliko mnoštvo, koje slijedeći
člape ovih ljudi u Njemačkoj, Engleskoj i Americi i ljubeći još našega
Gospodina Isusa Krista zasluzuju, da se o njemu kažu one riječi
likoga Augustina: U zabludi su, ali su u dobroj vjeri u zabludi
(Žamor): heretici su, heretici, ali ih hereticima nitko ne smatra.

Predsjednik kardinal De Angelis: Molim,
prečasni oče, da se ne služite riječima, koje sablažnjuju neke oce.

Govornik izriče nekoliko riječi u istom
smislu, koje se ne čuju; ali ga odmah prekida
uzoriti predsjednik kardinal Capalti, koji
paža, da se ovdje ne radi o protestantima nego
o protestantizmu, da se ne radi o osobama, nego
o herezi uopće. Nadalje, da se ne može poreći,
kako su tolike današnje zablude potekle kao iz
izvora iz protestantizma opće promatranoga,
to jest iz načela o privatnom sudu; stoga se
njemu čini, da nije proti ljubavi ako se kaže,
da je protestantizam, promatran sam u sebi,
onaj, iz kojega su potekle tolike nakazne za-
blude, pa se zato riječima uvoda u nacrtu ne
daje protestantima nikakva zakonita prilika
da se vrijedaju.

Govornik: Vrlo sam zahvalan Vašoj Uzoritosti za tu po-
uku; ali mene ne uvjeravaju dokazi, koje je Vaša Uzoritost navela
da dokaže, kako sva ona zla treba pripisati protestantizmu. I ja
vjerenim, da među protestantima ima ne jedan ili dva čovjeka, nego
mnoštvo ljudi, koji još ljube Isusa Krista (žamor).

Predsjednik kardinal Capalti: Molim, da ostane
kod onoga, o čemu nacrt govori. Ovo je izraz, koji je upo-
trebljen o protestantima: Samo je rečeno, da su se po tridentskim
ocima osudene hereze rascjepkale na raznolične i nesložne sekte.
Vidite dakle, da se tu protestanti niti ne spominju; samo se spominju

ctae quae a concilio Tridentino damnatae fuerunt. Verum quae dicuntur de infinitis aliis sectis, quae ex huiusmodi primis haeresibus exierunt, reverendissimi patres iudicabunt. Igitur mihi quidem videtur, revera videtur nullam offenditionem fieri in protestantes. Igitur te rogo ut velis desistere ab huiusmodi sermone, qui ut candide fatear, aures offendit plurimorum episcoporum.

Orator. Ego concludo. Ast certe scio multos esse viros in medio protestantium viventes, qui toto corde desiderarent ne aliquid in schemate poneretur, quod gratiae divinae inter eos adspiranti poneret modum. Ego scio in concilio Tridentino actum fuisse cum summa cautione, prudentia et charitate cum ageretur de protestantibus. Concilium Tridentinum ideo dicit Tridentum ad Germaniae fauces convenisse, ita ut promptitudo offerretur protestantibus ad concilium veniendi. In fine concilium Tridentinum dicit: Quamquam (si) protestantes in medium nostrum venirent. omni charitate et humanitate eos exciperemus; tamen ita rem ipsorum et negotia ipsorum tractavimus, ut non tam nostram quam eorum causam agere videremur. Cuperem ut illos non...

Praeses cardinalis Capalti: Haec cura habita fuit a sanctissimo Domino nostro, dum postquam indixit oecumenicum concilium, apostolicis suis litteris omnes protestantes invitavit, ut si ad lumen redire vellent, id incunctanter facerent, atque materna viscera in ipso Romano pontifice nec non in oecumenico concilio invenirent (Approbationis signa). Proponamus potius ecclesiam tenerrimam matrem semper fuisse: non faciamus huiusmodi comparationes, quae quodammodo offendunt zelum pastorum ecclesiae. Ecclesia semper viscera caritatis habuit et in omnes errantes et in omnes heterodoxos; sed id non prohibuit quominus errores configeret, quominus super doctrinam veritatem diceret. Et mihi videtur, rursus repeatam, mihi videtur, si velimus sincere loqui, tuas animadversiones hoc sub respectu nullum fundamentum habere in ipso schemate, quo protestantes possint odium suum in ecclesiam catholicam proferre.

Orator. Ego concludo, sed contra unam vestrae eminentiae observationem unum verbum tantum debo...

Hic eminentissimus praeses Capalti verba facere conatur; sed statim undique murmur an-
tibus patribus prosequitur

Orator. Haec ego ad tristia huius concilii adjuncta refero... (Ob nimium indignationis murmur vix percipi verba omnia potuerunt.) Facio tertiam observationem, brevem, brevissimam, quae tamen mihi videtur ad essentiam spectare; et conscientiam meam ita comovet, ut eam silentio praeterire nullo modo potuerim. Dictum est nos post prooemii huius discussionem ad suffragandum ituros; et in decreto, quod in supplementum ordinis interioris nobis datum est, dicitur super res in concilio Vaticano agendum esse votorum maioritate. Contra, com-

te, koje je tridentski sabor osudio. A što se kaže o bezbrojih sekci, koje su iz takovih prvih hereza izašle, sudit će pre i oci. Meni se dakle čini, doista mi se čini, da nema nikakve rede proti protestantima. Stoga Vas molim, da izvolite odustati takva govora, koji, da iskreno priznam, vrijeđa uši većine kupa.

G ovornik: Ja završavam. Ali znam sigurno, da ima og ljudi, koji, žive među protestantima, te bi iz svega srca želi, da se u načrt ništa ne meće, što bi bilo zaprekom Božoj misli, koja je njima potporom. Ja znam, da se u tridentskom saboru stupalo vrlo oprezno, razborito i ljubezno, kad se radilo o protestantima. Tridentski sabor kaže, da se zato sastao u Tridentu, na granici Njemačke, kako bi se olakotilo protestantima, da dođu u sabor. Na koncu tridentski sabor kaže: Premda bismo protestante imili svom ljubavlju i prijaznošću, kad bi k nama došli, mi smo pak njihovu stvar i njihove poslove tako raspravili, da se činilo da da radimo ne za nas nego za njih. Ja bih želio, da ih ne...

P redsjednik kardinal Capalti: Za to se pobrinuo Sveti Otac, kad je, nakon što je urekao opći sabor, svojim apostolskim pismom pozvao sve protestante, ako hoće da se povrate vijetu, neka to bezodvlačno urade, a da će ih materinskom ljubavlju dočekati i Sveti Otac i opći sabor. (Znakovi odobravaanja.) Izjavimo radije, da je crkva uvijek bila vrlo nježna majka; nemojmo praviti takove poredbe, koje na neki način vrijeđaju revnost pastira crkve. Crkva je uvijek bila puna ljubavi prema svima, koji su u zabludi i prema svima inovjercima; ali je to nije priječilo, da osudi zablude, da o nauči istinu kaže. I meni se čini, net kažem, meni se čini, ako ćemo iskreno govoriti, da Vaše opaske što se toga tiče nemaju nikakva temelja u samom načrtu, kojim bi protestanti mogli nastaviti svoju mržnju proti katoličkoj Crkvi.

G ovornik: Ja završavam ali proti jednoj primjedbi Vaše Uzoritosti moram samo jednu riječ...

Tu hoće uzoriti predsjednik Capalti da govoriti, ali odmah sa svih strana mrmljajuoci, a nastavlja

G ovornik. Ja ovo ubrajam u žalosne osobitosti ovoga sabora... (radi prevelikog mrmljanja i zlovolje jedva se mogoše čuti sve riječi).

Treće opažam kratko, vrlo kratko, ali mislim, da se ovo bitnosti tiče; i ovo tako dira moju savjest, da ne mogu nikako šutke preći preko toga. Rečeno je, da ćemo poslije rasptave o ovom uvodu preći na glasovanje; i u dekretu, koji je nama dan kao dodatak za unutrašnji red (u saboru) kaže se, da o stvarima u vatikanskom saboru treba raditi većinom glasova. Naprotiv, neki su biskupi napisali tumač o toj stvari i pitali, ima li se ono staro pravilo o moralnoj jednodušnosti...

mentarium hanc in rem scripserunt quidam episcopi, et quaesierunt utrum antiqua illa regula de morali unanimitate...

Hic iterum ob redintegratum et crescens indignationis universalis murmur verba oratoris suffocantur.

Praeses cardinalis Capalti. Hoc non pertinet ad hodiernam discussionem.

Vehementer approbant patres interruptionem et assertionem; et reverendissimus orator interrumpens respondere conatur. Interim patres denuo communissime obstrepunt, vix non fremunt, pluresque ut descendat orator postulant.

Orator. Vestra eminentia certe ignoscere debet. Ego ve-
neror iura praesidum... ego certe si praeterita regula aeterna illa
et immutabilis de unanimi consensione morali... moraliter ad
omnes unanimi...

Suffocatur vox oratoris indignationis stre-
pitū. Attamen prosequitur

Orator. Ego contra omnem interruptionem protestor, ego...

Patres surgentes clamant: Protestamur nos
contra te.

Iterum orator. Ego protestor contra omnem interruptionem.

Primus praeses iterum atque iterum tintin-
nabulum sonat.

Patres unanimiter: Placet, descendat, descendat.

Orator: Ego protestor contra...

Descendit orator et indignabundi patres e subsellis egrediuntur, singuli pro se varia obmurmurantes. Alii dicebant: Et isti nolunt infallibilitatem papae; iste ne est infallibilis? Alii: Lucifer est iste, anathema, anathema. Ali vero: Alter Lutherus est iste, eiiciatur foras. Omnes autem clamabant: Descende, descend.

Orator autem semper dicebat: Protestor, protestor, et descendit.

Cum patres subsellis relictis ex aula discedere inciperent, eminentissimus primus praeses abeuntes campanulae sonitu continxuit, ut eos de congregacione in diem posterum habenda moneret.

Ovdje su opet govornikove riječi ugušene ponovnom, još jačom zlovoljom i općim mrmljanjem.

Predsjednik kardinal Capalti. To ne spada na današnju raspravu.

Oci živo odobravaju prekid i tvrdnju; a prečasni govornik prekidajući nastoji da odgovori. Međutim oci ponovno i skoro svi ga nadvikuju i samo što ne buče, a većina zahtijeva, da govornik side.

Govornik. Neka mi Vaša Uzoritošč oprosti. Ja poštivam prava predsjednika... ja sigurno ako ono predašnje pravilo, ono vječno i nepromjenljivo o jednodušnoj suglasnosti moralnoj... moralno o svima jednodušno...

Govornikov je glas ugušen zlovolinom bukom. Ipak nastavlja.

Govornik. Ja prosvjedujem proti svakom prekidanju, ja...

Oci ustaju i viču: Mi prosvjedujemo proti tebi.

Govornik. Ja prosvjedujem proti svakom prekidanju.

Prvi predsjednik opetovan zvon.

Oci jednoglasno: Tako je, neka side, neka side.

Govornik: Ja prosvjedujem proti... Silazil govornik, aoci zlovoljni izlaze iz sjedala i svaki za sebe nešto mrmlja. Jedni su govorili: I ovine će papinu nepogrješivost; je li ovaj nepogrješiv? Drugi: Lucifer je ovaj, anatema, anatema. Treći pak: Ovaj je drugi Luter, napoljес njim! A svi su vikali: Siđi, siđi.

Govornik je neprestano gvorio: Prosvjedujem, prosvjedujem, i sišao je.

Kad su oci ostavili sjedala i počeli izlaziti iz dvorane, uzoriti prvi predsjednik ih je na odlasku zaustavio zvonjenjem zvonca i opomenuo, da će se opća sjednica sutradan držati.

V. ORATIO

*reverendi patris domini Josephi Georgii Strossmayer, episcopi
Hosnensis et Syrmiensis.*

Eminentissimi praesides,
eminentissimi ac reverendissimi patres!

Gravissimi momenti quaestio discutitur, cui et ipse longiori tempore conscientiosa et impensisima opera studui; et ecce adsum ut coram Deo et hac sacra synodo studiorum meorum rationem et effectus candide et humiliter, ut infirmitatem meam decet, exponam, rogans vos, ut me patientia ac benevolentia vestra dignum existimetis. Solitus enim, neque aliter possum, de memoria loqui, aliquando vel invite excidit de ore verbum forsan minus castigatum et vestra attentione et auribus minus dignum: sed credite, libenter illud semper revoco, libenter ego corrigi patior memor eius: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam (Ps. 113, 9).

Sancta est vestrum omnium, qui hic congregati estis, intentio: credite mihi, etiam mea recta est, eo tantum tendens ut gloria Dei et ecclesiae matris utilitas promoveatur. Non sumus eiusdem omnes opinionis, sed tamen fratres sumus et alter alterius benevolentia et charitate semper digni, et semper ut existimo obligati alter alterius onera portare; ideoque vestra benevolentia et charitate fretus rem exordiar.

A pluribus reverendissimis patribus conquestum est gravissimam hanc, quam tractamus materiam, abrupto et quasi illogico modo tractari; iis et ipse accedo. Nam in divina ecclesiae constitutione omnia eius elementa intimo et indivulso inter se cohaerent nexu, atque in hac sua cohaesione semet mutuo adiuvant et perficiunt, et ad finem divinitus praestitutum mirum in modum consiprant. Interno hoc rerum ordine quacumque demum ratione turbato, omnia turbari et quaedam in divino ecclesiae corpore membra nativo suo vigore et significatu destitui oportet. Ego de quibusdam constitutivis ecclesiae elementis hoc respectu loquor sequens iudicia relationis, quam venerabilis Deputatio de fide nobis exhibuit. Et quia eodem in folio quarto de episcopis loquitur, dicens de iuribus episcoporum partim in schemate nostro tractari, partim tractatum iri, ego ipse mox de episcopis loquor et dico: mihi ea, quae in schemate nostro continentur, omnino insufficientia videri. Nam ut divina illa relatio, quae inter venerandum ecclesiae caput et inter episcopatum,

• PETI STROSSMAYEROV GOVOR.

Peti i posljednji put govorio je Strossmayer u općoj 63. sjednici, 2. lipnja 1870. u jutro, kao treći govornik. Prije njega su govorili: fogarački nadbiskup Vancsa i biskup moulenski Dreux-Bréze, a poslije njega još dvojica (Regnault i Salzano).

To se jutro nastavljala opća rasprava o načrtu prve konstitucije o Kristovoj crkvi. Ovo je najdulji Strossmayerov govor, ali je saslušan bez kakavih upadica. Kasnije su govornici neki branili Strossmayerovo stanovište, a drugi pobijali pojedine njegove dokaze.

U službenim je aktima i ovaj govor u cijelosti donesen¹³ te i njega donosim u vjernom prijevodu i sa latinskim tekstom.

V. GOVOR

časnog oca gospodina Josipa Jurja Strossmayera, biskupa bosanskoga i srijemskoga.

Uzoriti predsjednici, uzoriti i prečasni oci!

Raspravlja se vrlo važno pitanje, koje sam i ja duže vremena savjesno i sa mnogo truda proučavao; i evo me da pred Bogom i ovim svetim saborom položim račun o svome proučavanju i njegovim učincima, onako otvoreno i ponizno, kako dolikuje mojoj slaboći; a vas molim, da me smatraste dostoјnim svoje strpljivosti i dobrohotnosti. Kako sam navikao a drukčije i ne mogu — da govorim iz pametи, nekada mi i proti volji ispadne iz ustiju riječ, koja je možda manje ispravna i vaše pažnje i slušanja manje dostoјna. Ali vjerujte, da ja uvijek rado takvu riječ opozivam i milo mi je da me popravite, jer imam pred očima onu: *Ne n a m a, G o s p o d e, n e n a m a, n e g o s v o m e i m e n u d a j s l a v u.* (Ps. 113, 9).

Sveta je nakana sviju nas, koji ste ovdje sabrani; vjerujte, da je i moja poštena i ide samo za tim, da se proširi Božja slava i korist matere crkve. Nijesmo svi istoga mišljenja, ali smo ipak braća i uvijek vrijedni međusobne dobrohotnosti i ljubavi, i uvijek, kako mislim, dužni, da jedan drugoga terete snosimo. Stoga sa pouzdanjem u vašu dobrohotnost i ljubav započinjem.

Više se prečasnih otaca tužilo, da se o ovom vrlo važnom predmetu, o kojem raspravljamo, rasprava vodi naglo i skoro nelogično: njima se i ja pridružujem. Jer u božanskoj ustanovi crkve svi su njezini dijelovi intimno i nerazdjeljivo među sobom povezani, i u toj svojoj povezanosti se među sobom pomažu i usavršuju, i na divan način teže k svrsi, koja im je po Bogu odredena. Poremeti li se bilo

et iura utriusque intercedit, clare pateat, haec duo gravissima et una simul et ex professo tractari debent.

Mea enim sententia, haec duo ille indivisa unitate coniuncta, cui »data est omnis potestas in caelo et in terra quive solemnis occasione magisterii potestatem in ecclesia suae gentes ad omnes in communione apostolos dixit: Euntes docere omnes gentes; ad omnes in communione dixit: Ecce ego vobis sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. (Mt. 28, 18—20). Haec duo coniunxit in unicille, qui aeternus est in ecclesia sua omnis potestatis et auctoritatis fons, quicunque illam ipsam missionem, quam a Patre suo aeterno in sereditavit, omnibus in communione apostolorum communicavit, et ligavit et solvendi potestatem iis omnibus dedit. Horum veritate verborum, omnes quicumque in ecclesia Dei episcopi sumus gravissimo mysterii munere defungimur. Horum veritate verborum capituli nostri coniuncti seu per orbem divisi seu in concilio congregati Spiritus sancti adstantia contra quosvis errores tuti et securi sumus; horum veritate verborum omnes considerari debemus tamquam ministri Christi et dispensatores mysteriorum Dei.

Nativam horum verborum vim et significationem consideramus. Ignatius, ut notum est in suis epistolis, frequenter episcopum in medio gregis sui comparat ipsi Christo, et dicit inter gregem et episcopum eam intercedere unionem et relationem, quae intercedit inter Christum et Patrem eius aeternum. Dicit is sanctus vocis episcopi in medio gregis ita obediendum esse quemadmodum obedire cōportet voci ipsius Christi Dei: quae quidem gravissima verba, et gravissima comparatio certe nullo modo excludit primatiam illam dignitatem et potestatem summi pontificis a Deo institutam et in toto orbe terrarum manifestam, ut in ecclesia Dei unitas conservetur et salvetur. Sed mea saltem sententia haec verba excludere videntur concursum paris episcopaloris iurisdictionis. Nam duae iurisdictiones uno loco et sub eodem respectu exercitiae semet mutuo impeditur et naturali rerum cursu alteram successu temporis aut impedit aut plane tollit, in magnum communis boni detrimentum. Mihi saltem huic refragari videtur illud quoque Gregorii Magni, qui, si bene memini, in epistola ad Ioannem leunatorem vetat se episcopum episcoporum nominari, quia existimat vir sanctus, illud quod sibi ultra mensuram tribuitur, fratrum suorum potestati et auctoritati derogare.¹⁵

Caeterum haec methodus duo haec objecta de primatu et de episcopis simul pertractandi etiam sacerdotibus familiaris erat. Ego citabo unum sanctum Cyprianum eo quidem libentius, quod ex doctrina huius sancti, et ex eiusdem agendi ratione manifestum fit ecclesiam ita constitutam, ita diversorum elementorum ad unum finem conspiratione temperatam esse, ut in eadem consultum sit non tantum recto ordini et rectae subiectioni, non tantum perpetuae usque ad finem mundi durationi, non tantum sanctae et indivisae unitati, verum etiam modestae libertati, et specialibus ecclesiarum

na koji način taj unutrašnji red, treba da se sve poremeti i da neki udovi u božanskom tijelu crkve budu lišeni svoje prirođene snage i značenja. Ja govorim o nekim konstitutivnim dijelovima crkve u tom pogledu, držeći se reda misli, koji je sadržan u izvještaju časnog Odbora za vjeru. A jer se tamo na 4. stranici govorio o biskupima, te se kaže, da se o biskupskim pravima u našem nacrtu dijelom raspravlja a dijelom će se raspravljati, ja sam govorim o biskupima i kažem, da mi izgleda sasvim nedovoljno ono, što je sadržano u našem nacrtu. Jer da se potpuno razjasni onaj božanski odnos, koji postoji među časnom glavom crkve i episkopatom, te među obotstranim pravima, moraju se ta dva vrlo važna predmeta zajedno i ex professo raspravljati.

Po mojojem mišljenju to dvoje je spojio u nerazdruživo jedinstvo Onaj, kojemu je »d a t a s v a v l a s t n a n e b u i n a z e m l j i« (Mat. 28, 18), i koji je u svečanoj prigodi vršeći u svojoj crkvi učiteljsku vlast svima apostolima u zajednici rekao: »I d i t e i n a u č a v a j t e s v e n a r o d e «; svima u zajednici rekao: »E v o j a s a m s v a m a d o k o n c a s v i j e t a «. (Mat. 28, 19 i 20). To je dvoje u jedno spojio Onaj, koji je u svojoj crkvi vječno vrrelo svake vlasti i auktoriteta, i koji je onu istu misiju, koju je od svog Oca nebeskoga baštinio, svima apostolima u zajednici podijelio i dao vlast svima njima da vežu i odriješe. Na istini tih riječi svi mi, koji smo u Božjoj crkvi biskupi, vršimo vrlo važnu učiteljsku službu. Na istini tih riječi, združeni sa svojom glavom, ili po svijetu rastrkani ili u saboru sabrani mi smo pomoću Duha Svetoga zaštićeni i sigurni proti svima zabludama. Na istini tih riječi mi svi moramo biti smatrani kao službenici Kristovi i djelitelji Božjih tajni.

Promatraljući prirodenu jakost i značenje tih riječi sv. Ignacieje, kako je poznato, u svojim poslanicama često biskupa usred stada isporeduje Kristu i kaže, da između stada i biskupa postoji ono jedinstvo i onaj odnos, koje postoji između Krista i njegovog vječnog Oca. Kaže taj svetac, da treba glas biskupa usred stada tako slušati, kao što treba slušati glas Krista Boga. A te vrlo važne riječi i ta vrlo važna poredba bez sumnje nipošto ne isključuje ono prvenstveno dobrostanstvo ni onu vlast Svetog Oca pape, koju je Bog ustanovio i koja je očita u cijelom svijetu, da se u crkvi Božjoj uzdrži i sačuva jedinstvo. Ali te riječi, barem po mojojem mišljenju, izgleda da isključuju stjecaj jednake biskupske jurisdikcije. Jer dvije jurisdikcije na jednom mjestu i pod istim obzirom vršene smetaju jedna drugu, i po prirodnom toku stvari tijekom vremena jedna drugu ili smeta ili putpuno ukida, a na veliku štetu općeg dobra. Tome se, barem po mojojem mišljenju, protivi i ono, što Grgur Veliki, ako se dobro sjećam, u poslanici Ivanu Isposniku zabranjuje, da ga nazivlje biskupom biskupa, jer sveti čovjek misli, da ono što se njemu preko njere podjeljuje, vlast i ugled njegove braće prikraćuje.

Uostalom, ovaj način raspravljanja o primatu i o biskupima skupno, bio je u običaju i kod svetih otaca. Ja ću spomenuti samo Ciprijana i to tim radije, što se iz nauke ovoga sveca i iz njegova

singularium et episcoporum iuribus; ita ut in ecclesia Dei, mea saltem sententia, omnino illud exclusum habeatur, quod absolutum esse audi possit. Scripsit sanctus Cyprianus in hocce libro gravissimis utique sententiis et verbis, uti par est; loquitur de divino in ecclesia primatu, loquitur de necessitate perpetuae cum sancta sede communionis, loquitur ut par est de cathedra unitatis, adductis classicis Matth. 16. et Io. 21. verbis, e quibus hodie tanta cum certitudine et securitate quidam personalem et absolutam pontificis infallibilitatem deducunt, cui quidem ego saltem subscribere non possum; quamquam ex toto animo et ex toto corde subscribam iis, quae sanctus Cyprianus in libris De unitate ecclesiae (cap. II.) inde deducit. Sed sanctus Cyprianus in eodem textu et contextu dum praeclarissima haec de Petri primatu loquitur, loquitur una de iuribus et apostolorum et episcoporum, dicens iterato: »Hoc erant utique et caeteri apostoli quod fuit Petrus, pari consortio praediti et honoris et potestatis«; et alias relate ad supremum pascendi munus docet, non solum Petrum sed omnes apostolos pariter esse pastores et totam per orbem ecclesiam unum gregem, ut unanimi omnium apostolorum consensione pascatur.

Neque dicatur, ut mea saltem sententia minus recte hoc loco dictum est, hoc solum de apostolis praedicari, quasi episcopi non essent veri apostolorum successores, quasi non essent haeredes totius illius dignitatis et auctoritatis quae apostolis propria erat, ut summus pontifex est verus successor beati Petri et verus haeres plenitudinis eius potestatis quae sancto Petro propria erat. Ideo sanctus Cyprianus continenter loquitur etiam de episcopis et dicit, episcopatum in toto terrarum orbe unum atque indivisum esse, cuius a singulis in solidum pars tenetur, cuius a singulis in solidum pars tenetur. Quae quidem sententia et doctrina sancti Cypriani docet ne illud, quod itidem hoc loco dictum est minus recte, quasi iurisdic^{tio} episcoporum ita ad limites dioecesis eorum restricta esset, ut nullo modo in reliquam ecclesiam pateat? Meo quidem iudicio, praeter hanc iurisdictionem insitum est vi characteris et ordinis episcopalis virtuale quoddam in reliquam ecclesiam ius.

Quod virtuale ius quidam viri sancti, viri graves, viri ad singularia in ecclesia Dei complenda per Deum vocati, in commune ecclesiae emolumentum iterum iterumque exercuerunt. Ita sanctus Cyprianus, de quo Gregorius Nyssenus dicit, eius auctoritatem, eius influxum summum fuisse non tantum in celebri africana ecclesia, sed per totium occidentem. Ita sanctus Basilius, de quo Gregorius Nazianzenus dicit, quod non contentus fuerit labores suos et vigilantium suam solum suis tribuere, sed ad totam ecclesiam extenderit, cordis et animi sui oculos extendens quaquaversus ubi Christus virtutis et gratiae suae lumen effudit.¹⁷ Et notum est sanctum Ioannem Chrysostomum gravissimo modo monere episcopos, ut charitatem et vigilantium suam non restringant ad propriae suae dioecesis limites, quia, ut sanctus vir dicit, quemadmodum est officium episcopi orare non tantum pro sua ecclesia, verum etiam pro universa ecclesia, ita et

postupka jasno vidi, da je crkva tako ustanovljena, suglasjem različitih elemenata prema jednom cilju tako uređena, te je u njoj provideno ne samo za pravi red i za pravu podložnost, ne samo za neprekidno trajanje do konca svijeta, ne samo za sveto i nerazdjeljivo jedinstvo, nego i za čednu slobodu, i za posebna prava pojedinih crkvi i biskupa; tako da je, po mojoj barem mišljenju, u Božjoj crkvi sasvim isključeno ono, što može biti ili se nazivati apsolutnim. U toj je knjizi sveti Ciprijan pisao doduše vrlo ozbilnjim mislima i riječima, kao što dolikuje; govori o božanskom primatu u crkvi, govori o potrebi trajne zajednice sa Svetom Stolicom, govori kako dolikuje o katedri jedinstva, navodeći klasične riječi kod Mat. 16. i Iv. 21., iz kojih danas neki tolikom stalnošću i sigurnošću izvode ličnu i apsolutnu papinsku nepogriješivost, koje ja barem ne mogu potpisati; premda ču iz sve duše i iz svega srca potpisati ono, što sv. Ciprijan izvodi odатle u knjigama *O jedinstvu crkve*,¹⁴ a što svaki katolik mora vjerovati, učiti, držati, a ako treba i krvlju svojom zapečatiti. Ali sv. Ciprijan u istom tekstu i kontekstu dok govori vrlo sjajne riječi o Petrovu primatu, govori ujedno i o pravima i apostola i biskupa, jer opetovanio kaže: »To su dakako bili i ostali apostoli, što je Petar bio, obdareni jednakim zajedništvom i časti i vlasti; i inače što se tiče dužnosti vrhovnoga pastira uči, da nije sam Petar, nego i svi apostoli su jednako pastiri a sva crkva po svijetu je jedno stado, da ga pasu svi apostoli jednodušnim suglasjem.

I neka se ne kaže — kako je to ovdje, barem po mojoj sudu, ne baš ispravno rečeno — da je to kazano samo za apostole, kao da biskupi nijesu pravi nasljednici apostola, kao da nijesu baštinici svega onoga dostojanstva i auktoriteta, što je vlastit bio apostolima, kao što je Sveti Otac pravi nasljednik svetoga Petra i pravi baštinik punine one vlasti, koja je vlastita bila svetom Petru. Stoga sveti Ciprijan neprestano govori i o biskupima i kaže, da je episkopat u cijelom svijetu jedan i nerazdjeljen, a pojedini imaju i solidum dio toga. A to mišljenje i ta nauka svetoga Ciprijana uči li zar ono, što se također ovdje neispravno kazalo, da je tobože jurisdikcija biskupa tako stegnuta na granice njihove biskupije, te oni nad ostalom crkvom nemaju baš nikakve jurisdikcije? Po mojoj barem sudu, osim te jurisdikcije prirođeno je snagom karaktera i reda biskupskoga i neko virtualno pravo na ostalu crkvu.

A to virtualno pravo neki sveti, neki ozbiljni ljudi, neki ljudi, koje je Bog pozvao da izvrše posebne neke dužnosti u crkvi Božjoj, opetovanio su vršili na opću korist crkve. Tako sveti Ciprijan, o kojemu Grgur nisenški kaže, da mu je ugled i uticaj bio vrlo velik ne samo u glasovitoj afričkoj crkvi nego i po cijelom zapadu. Tako sveti Vasilije, za kojega Grgur nazijanški kaže, da nije bio zadovoljan da svoj rad i svoju brigu posveti samo svojima, nego ih je protegnuo na svu crkvu, okrećući oči svojega srca i svoje duše na sve strane, kamo je Krist izlio svjetlo svoje kreposti i milosti. A poznato je da sveti Ivan Hrizostom vrlo ozbiljno opominje biskupe,

vigilantiam suam et curam extendere debet quaquaversus ubi in Christo creditur et ubi adest Christi ecclesia. Et ipse summus pontifex Caelestinus in epistola ad patres Ephesinos monet ipsos, ad omnes in communi apostolos dictum esse: Euntes docete omnes gentes; et subiungit: »Subeamus igitur omnes eorum labores, quibus omnes successimus in honore.« (Cf. Mansi IV. 1283.).

Sed quae fuerit sancti Cypriani quoad ea quae dixi, mens, apparet ex eius agendi ratione seu ex celeberrima illa et notissima controversia de rebaptizandis haereticis, quae inter illum et sanctum Stephanum summum pontificem agitata est; quae quoniam triennio accidit post librum scriptum, vivus quodammodo, in quibusdam saltem, huius libri commentarius dici potest. Ego hanc controversiam non tantum ideo affero, quod obiectum de quo tractamus, illustrat; sed praecipue ideo quia haec controversia sanctae sedi apostolicae gloriae est et honori; quia ex hac controversia discernimus etiam hac vice traditionem divinam in sua integritate et puritate in sancta sede apostolica servatam; quia ex eo hoc sequitur, quanto-pere periculosum sit oraculis sanctae sedis etiam tunc contraire, cum forsan ius ita admittere aut conscientia urgere videatur; quia haec controversia docet quam difficile, immo vero quam moraliter fere impossibile sit, ut in magno contentionis aestu etiam vir sanctus inter debitos iuris et modestiae limites sese contineat. Nam sanctum Cyprianum limites hos excessisse, quisquis epistolas eius legerit, agnoscere certe debet; et ideo sanctus Augustinus recte dixit virum hunc et sanctum egregium suum excessum martyrio abolere debuisse. Verum, reverendissimi patres, si haec verissima sunt, ut certe sunt, illud non minus verum est, quicumque controversiae huius seriem novit, quod saeculo ad minus tertio saltem nihil scitum fuerit de personali et absoluta Romanorum pontificum infallibilitate; nam secus concipi non posset, quomodo sanctus Cyprianus cum toto concilio Africano, quomodo sanctus Firmilianus cum tota Cappadocia et Cilicia, sancto Stephano veritatem docenti et solemniter praedicanti et definienti nihil innovetur, quomodo inquam contraire possent?

Neque dicatur, quod hic loci dictum audivi, quasi non actum fuisset de re gravi et de re fidei. Mea sententia equidem de re gravissima et de re fidei actum est; de re gravissima et de re fidei, cui controversiae s. Cyprianus infausto modo libro suo *De unitate ecclesiae* prolusit. Et hic mihi incidit idea per quemdam excellentissimum episcopum hic loci expressa, qui dicit in unitate urgenda nullum committi posse excessum. Meo autem iudicio committi potest in omni re excessus, etiam in re sanctissima et gravissima, cum eo saltem discrimine quod excessus in re gravi eo funestior et in fructibus suis tristior sit; quod s. Cyprianus suo proprio experimento didicit, dum in libro *De unitate ecclesiae* adeo unitatem urget, ut dicat in ecclesia sola catholica baptismum haberi posse, in ecclesia tantum catholica filios Christo generari posse, in ecclesia tantum catholica Spiritum Sanctum haberi et charismatum eiusdem

neka svoju ljubav i brigu ne stegnu na granice svoje vlastite biskupije, jer, kako svetac kaže, kao što je dužnost biskupova da moli ne samo za svoju biskupiju, nego i za svu crkvu, tako on mora i svoju brigu i nastojanje proširiti na sve strane gdje se vjeruje u Krista i gdje postoji Kristova crkva. A i sam papa Celestin u poslanici efeškim biskupima opominje ih, da je svima apostolima u zajednici rečeno: *I d i t e i n a u č a v a j t e s v e n a r o d e;* pa dodaje: »Prihvatimo se dakle svi njihovih napora, kad ih sve u časti na-slijedimo.«

Ali što je mislio sveti Ciprijan o tome što sam rekao, jasno je iz njegova postupka ili iz one vrlo glasovite i dobro poznate prepirke o ponovnom krštenju heretika, koja se razvila između njega i pape Stjepana, a koja uslijed toga što se zbila tri godine nakon što je Ciprijan napisao knjigu, može se na neki način nazvati živi tumač ove knjige, barem u nekim stvarima. Ja navodim ovu prepirku ne samo zato što ona osvjetljuje predmet, o kojem raspravljamo, nego nadasve zato, što je ona na slavu i čast svetoj apostolskoj Stolici. Jer ćemo iz ove prepirke naučiti, da je i ovaj put božanska predaja u svojoj cijelosti i čistoći sačuvana u svetoj apostolskoj Stolici; jer iz toga slijedi ovo: kako je opasno protiviti se izjavama svete Stolice i onda, kada možda mislimo da na to imamo pravo ili nas savjest nuka; jer nas ova prepirka uči, kako je teško, štaviše skoro moralno nemoguće, da se u velikom žaru prepiranja i svet čovjek uzdrži u granicama, što mu ih postavljaju pravo i čednost. Jer da je sveti Ciprijan te granice prešao, to će sigurno priznati svatko, tko pročita njegove listove; i stoga je sv. Augustin ispravno kazao, da je ovaj izvrsni svetac morao svoj prestupak mučeništvom izbrisati. Ali, prečasni oci, ako je to potpuno istinito, kao što sigurno jest; ali je također isto tako istinito za svakoga, kome je poznat tok ove prepirke, da barem trećega vijeka nije se ništa znalo o ličnoj i apsolutnoj nepogriješivosti rimskega pape; jer se inače ne bi moglo pojmiti, kako bi se mogli protiviti svetom Stjepanu papi, dok je naučavao istinu i svečano propovijedao i definirao: *N e k a s e n i š t a n o v a n e u v o d i , i s v e t i C i p r i j a n s a s v i m a f r i č k i m c r k v e n i m s a b o r o m , i s v e t i F i r m i l i j a n s a s v o m K a p a d o c i j o m i C i l i c i j o m .¹⁶*

A neka se ne kaže, kao što sam ovdje čuo reći, da se tobožje nije radilo o teškoj stvari i o stvari vjere. Po mojoj barem mišljenju radilo se i o vrlo važnoj stvari i o stvari vjere; o vrlo važnoj stvari vjere, o kojoj je prepirci sveti Ciprijan svojom knjigom *O jedinstvu crkve* (g. 251.) na nesretran način predigru započeo. I ovdje mi pada na pamet misao izražena ovdje po jednom presvijetlom biskupu koji kaže, da se u urgiranju jedinstva nikako ne može pretjerati. A po mojoj sudu može se pretjerati u svakoj stvari, pa i u najsvetijoj i najvažnijoj, s tom barem razlikom, što je pretjeranost u važnoj stvari kobnija i u plodovima svojima žalosnija. To je naučio i sveti Ciprijan svojim vlastitim iskustvom, dok u knjizi *O jedinstvu crkve* toliko naglašava jedinstvo te kaže, da se samo može u katoličkoj crkvi dobiti krštenje; da se sinovi Kristu mogu radati

dona distribui posse; dum extra unitatem ecclesiae non adest Spiritus Sanctus, non dona illius, neque Christo filii generantur, sed generantur filii Belial.

Igitur agebatur de re gravissima, de re ad fidem spectante; agebatur de re gravissima, quae illustrissimam illius temporis ecclesiam africanam, asianam et italicam commovit; agebatur de re gravissima, quia sanctus Stephanus Asianus aut excommunicationis sententiam minatus est aut eam edixit, quemadmodum Dionysius magnus Alexandrinus apud Eusebium testatur. Agebatur de re gravissima, quia sanctus Stephanus solemnissime definitivit: *Nihil innoveretur.* Et alioquin illud, quod de sancto Augustino, hic loci in eandem rem allatum est, meo iudicio verum est, et sententiam meam confirmat. Nam sanctus Augustinus excusans s. Cyprianum, hoc dicit: non fuisse eo tempore adhuc quaestionem sufficienter discussam vel exhaustam; non fuisse tunc temporis rem concilii plenarii auctoritate, cui ipse Cyprianus cessisset, definitam.¹⁹ Igitur hoc ecclesiae non solum africanae, verum totius ecclesiae lumen, nihil suo tempore esse vidit de absoluta et personali Romanorum pontificum infallibilitate, verum de infallibilitate pontificis cum reliquo ecclesiae corpore in intimo et indivulso nexu constituti.

Liceat mihi hac occasione aliquid dicere reverendissimo Hierosolymitarum patriarchae, qui nudius terdius eloquentissime disseruit de parallelismo, qui iuxta eum intercederet inter sic dictum gallicanismum et inter priscum monothelismum: dicam sententiam meam modeste et humiliter, quia impar ei sum omni sub respectu. Ea quae dicta sunt a reverendissimo et praeclaro antistite mihi videbantur ingeniosius magis quam verius dicta: et certe insignis antistes de quaestionibus omnibus et de quaestione hac quam tractamus, multo magis iuxta meam saltem sententiam meruisset, si insignes sui ingenii vires exercuisset in hoc gravissimo sancti Cypriani facto expendendo et ad principia sua varie applicando.

Sed mea saltem sententia hoc facilius erat. Facilius est enim orientem cum occidente tot saeculorum tractibus a se disceptis inter se comparare, quia hac in re, venia sit verbo, magis abundare possumus ingenio nostro, nisi velimus dicere arbitrio nostro. Quid autem ex huiusmodi comparatione lucrari possit, ego saltem non video. Quin immo video eiusmodi argumentationibus et comparationibus iniurias multas, invito certe praeclarissimo antistite, cumulari; iniuriae erga fratres eadem sancta intentione, qua ille est, animatos, qui sub vago et indefinito gallicanismi nomine cum priscis haeresiarchis comparantur; iniuriae clarissimiae et illustrissimae iuxta sententiam meam ecclesiae Galliarum, quae ultimis hisce temporibus ex acerbissima persecutione, gratia Dei et propriae suae virtutis vi, victrix evasit, et mundo sanctissimos martyres, confessores et missionarios dedit; iniuriae eruditissimis et de ecclesiae Dei meritissimis episcopis, ut Bossueto et aliis, qui si nudius tertius ex tumulo resurrexisserent et in medio nostrum se sistere potuissent, certe obstupuisserent, si pro tantis ecclesiae bonis eo tandem perve-

samo u katoličkoj crkvi; da se Duh Sveti može primiti samo u katoličkoj crkvi i njegovi darovi i milosti dijeliti; da izvan crkvenog jedinstva nema Duha Svetoga, nema njegovih darova; niti se radaju Kristu sinovi, nego sinovi Belijalovi se radaju.

Radilo se dakle o vrlo važnoj stvari, o stvari koja spada na vjeru; radilo se o vrlo važnoj stvari, koja je uznemirila vrlo odličnu crkvu one dobe afričku, azijsku i italsku; radilo se o vrlo važnoj stvari, jer je sveti Stjepan (papa) Azijcima ili zaprijetio ili izrekao osudu izopćenja, kako posvjeđočava kod Euzebija (bisk. u Cezareji, † 340.) veliki Dionisije Aleksandrijski (biskup, † 265.). Radilo se o vrlo važnoj stvari, jer je sveti Stjepan najsvečanije izjavio: *Nek a se ništa nova ne uvodi.* A i inače ono što je ovdje rečeno o sv. Augustinu o istoj stvari, po mojem je sudu istinito, i potvrđuje moje mišljenje. Jer sv. Augustin ispričavajući sv. Ciprijana kaže ovo: da u ono doba to pitanje nije još bilo dovoljno raspravljeno i iscrpljeno; da stvar u ono doba nije još bila definirana ugledom potpunog crkvenog sabora, kojemu bi se sam Ciprijan podvrgao. To dakle svjetlo ne samo afričke nego cijele crkve, u svoje doba nije ništa vidio o apsolutnoj i ličnoj nepogriješivosti rimskog pape, nego o nepogriješivosti rimskog pape postavljenog u nazužu i nerazlučivu vezu s ostalim tijelom crkve.

Neka mi bude dopušteno da ovom prilikom nešto kažem prečasnom jeruzolimskom patrijarhi, koji je pred dva dana vrlo govornički raspravljao o paralelizmu što po njegovom mišljenju postoji među tako zvanim galikanizmom i starim monoteletizmom: reći ću svoje mišljenje čedno i ponizno, jer mu ni pod kojim vidom nijesam dorastao.¹⁸ Ono što je prečasni patrijarha rekao, meni se učinilo više duhovito nego istinito: i sigurno bi odlični poglavica, po mojemu mišljenju, bio puno zaslužniji za sva pitanja i za ovo koje raspravljamo, da je vanredne sposobnosti svoga oštoumlja iskoristio u ispitivanju ovoga vrlo važnoga čina svetog Ciprijana i da ga je različno aplikovao na svoje principe.

Ali je ovo, bar po mojemu mišljenju, bilo lakše. Lakše je naime isporediti među sobom istok i zapad koje toliki vijekovi medusobno dijele, jer u toj stvari — oprostite mi izraz — možemo da više obilujemo svojim oštoumljem, ako ne ćemo reći svojim sudom. A kakva se korist može crpsti iz takove poredbe, ja barem ne vidim. Štaviše, vidim da se takovim dokazivanjem i poredbama gomilaju nepravde, svakako proti volji presvjetelog patrijarhe; nepravde proti braći, koja su prožeta isto tako svetom nakanom kao što je i on, a koji su ispoređeni starim začetnicima hereza pod neizvjesnim i neodređenim imenom galikanizma; nepravde proti po mojem sudu vrlo odličnoj i slavnoj crkvi u Francuskoj, koja je u ovo zadnje vrijeme iz najlučega progonstva, Božjom milošću i snagom svoje vlastite jakosti izašla pobednicom, te dala svijetu najsvetije mučenike, isповjednike i misionare; nepravde proti vrlo učenim i za Božju crkvu vrlo zaslužnim biskupima, kao Bossuet-u i ostalima, koji da su prekjučer iz groba uskrslji i mogli sjesti među nas, sigurno bi se za-

nissent, ut coram toto concilio cum priscis haeresiarchis, Sergio, Pyrrho et caeteris comparentur. Gravissima iniuria hac comparatione, quod maxime dolendum est, nostro sancto fini et nostrae intentioni infertur, quae eo tendere debet, ut pax inter nos, ut tranquillitas, reconciliatio effectum habeat; quae hac quidem comparatione, meo quidem iudicio, numquam effectuabitur.

Illud mihi in sermone eius maxime serium et omni omnino attentione dignum visum est, quod dixit de plenitudine potestatis. Sed ignoscat mihi et ille et alii patres: non agitur inter nos de vocabulis generalibus et vagis, quibus singulus nostrum maiori vel minori ratiocinationis artificio suos proprios sensus substituere potest Verum agitur inter nos de re positiva, agitur inter nos de positiva ecclesiae Dei constitutione, prout ea ex manibus aeterni sponsi Domini nostri Iesu Christi prodivit; et in hanc rem non alia argumenta valent, quam argumenta ex divinae traditionis penu deprompta; his nonnisi argumentis vinci possumus et libenter vincemur.

Imparia enim sunt ea alia, quae adducuntur ex rebus, quae tamquam certae et indubitatae proponuntur, dum earum certitudo et veritas primum probari et demonstrari debet. Nos utique aequo plenitudinem potestatis beato Petro et eius successoribus attribuimus, et utique notum est de hac re in concilio Tridentino disputatum fuisse. Verum hanc plenitudinem potestatis inter caetera summus pontifex exercet pluribus occasionibus; exercet solemnissime convocando concilia generalia, exercet eis praesidendo, exercet decreta et canones confirmando, et illis hac ratione divinum et irrefragabilem characterem indendo. Sed ea quae in schemate nostro, seu in expositione schematis nostri continentur folio, ni fallor, 32, 33, 34 de conciliis generalibus, summopere iuxta meam sententiam afficiunt indolem et naturam conciliorum generalium; et hoc est secundum elementum constitutivum quod considerabo.

Summa est, reverendissimi patres, conciliorum generalium utilitas, summa quandoque et ineluctabilis necessitas. Spiritus ecclesiae, meo iudico, spiritus pacis et concordiae est, pro quo Dominus noster Jesus Christus ultimis vitae suae momentis tam effuso modo Patrem suum aeternum deprecatus est. Spiritus ecclesiae spiritus consilii et fraternae concessionis est, cuius nobis exemplum apostoli Hierosolymis reliquerunt; spiritus ordinis et debitae subiectionis est, sed una etiam spiritus sanctae libertatis est, eius libertatis qua sanctum Paulum usum fuisse cernimus, dum Petrum reprehendit; quod uti Paulo ita etiam magis Petro gloriae fuit, qui scivit humilitate hanc reprehensionem tolerare.

Dum in conciliis generalibus episcopi ex toto terrarum orbe catholico circa caput suum congregati in unum consultant de gloria Dei promovenda et salute animarum, mihi quidem hoc spectaculo nihil divinius, nihil maius in ecclesia Dei excogitari posse videtur. Ideo, reverendissimi patres, Hierosolymis mox sub initio ecclesiae apostoli concilium celebrant, daturi exemplum posteris quod ecclesia omne in aevum imitetur; ideo sanctus Gregoris Magnus quatuor

panjili, kad bi za tolika dobra crkvi učinjena tako daleko došli, da ih se pred cijelim saborom ispoređuje sa starim začetnicima hereza, Sergijem, Pirom i ostalima. Tom se poredbom, što je najžalosnije, nanosi vrlo teška nepravda našoj svetoj svrsi i našoj nakani, koja mora ići za tim, da se među nama postigne mir, tišina, izmirenje; a to se, po mojem barem sudu, ne će ovom poredbom barem, nikada postići.

U njegovom govoru meni se činilo najzbiljnije i svake pažnje svakako vrijedno ono, što je kazao o punini vlasti. Ali neka mi oprosti i on i ostali oci: među nama se ne radi o općenitim i neodređenim riječima, kojima svaki od nas može da većim ili manjim umijećem zaključivanja zamijeni svoje vlastito mišljenje. Nego među nama se radi o pozitivnoj stvari, među nama se radi o pozitivnoj ustanovi crkve Božje, kako je ona izašla iz ruke vječnog zaručnika Gospoda našega Isusa Krista; a u tu svrhu ne vrijede drugi dokazi osim onih koji su uzeti iz riznice božanske predaje: jedino nas ti dokazi mogu pobijediti i mi ćemo rado biti pobijedeni.

Nedostatno je i ostalo što se navodi iz stvari, koje su predložene kao sigurne i nesumnjive, dok bi njihovu sigurnost i istinitost najprije trebalo dokazati. Mi dakako pridajemo puninu vlasti jednako svetom Petru i njegovim nasljednicima, i poznato je dakako, da se o tome raspravljalo na tridentskom saboru. Ali tu puninu vlasti vrši Sveti Otac među ostalim u više prigoda; vrši je najsvečanije kada sazivlje opće crkvene sabore, vrši je kada im predsjeda, kada potvrduje dekrete i kanone, te im time daje božanski neopozivi karakter. Ali ono što je sadržano u našemu nacrtu ili u tumačenju našega nacrta, ako se ne varam na strani 32., 33. i 34. o općim saborima, po mojem mišljenju veoma vrijeda prirodu i narav općih sabora; a to je drugi konstitutivni elemenat, o kojemu ću promatrati.

Vrlo je velika korist, prečasni oci, općih sabora, vrlo je velika i katkada necboriva njihova nužda. Duh crkve, po mojojmu sudu, duh je mira i sloge, za koji je naš Gospodin Isus Krist u posljednje časove svoga života tako usrdno molio svog vječnog Oca. Duh crkve je duh savjeta i bratskog sporazuma, o čemu su nam primjer ostavili apostoli u Jeruzolimu; duh je reda i dužne podložnosti, ali ujedno i duh slike slobode, one slobode kojom vidimo da se poslužio sveti Pavao kad je ukorio sv. Petra (Gal. 2, 11), a to je i Pavlu a još više Petru bilo na slavu, jer je znao da u poniznosti podnese taj ukor.

Meni se čini, da se ne može zamisliti ništa božanskije, ništa veće u Božjoj crkvi, nego kada u općim crkvenim saborima biskupi sakupljeni u jedno sa svih strana katoličkog svijeta oko svoje glave, vijećaju o tome, kako će proširiti Božju slavu i spas duša. Zato, prečasni oci, skoro nakon osnutka crkve drže apostoli sabor u Jeruzolimu, da dadu potomstvu primjer, koji će crkva kroz sve vijekove naslijedovati; zato sveti Grgur Veliki ispoređuje četiri sabora svoje dobe sa četiri knjige evanđelja; zato Durandus,²⁰ najveći bogoslov i kanonista u općem saboru u Vienne (1311.—1312.), na pitanje: koja je pomoć proti nevoljama kršćanskoga društva one dobe, odgovori:

sui temporis concilia evangeliorum libris comparat; ideo Durandus in concilio Viennensi summus theologus et canonista, interrogatus quodnam esset remedium malis obviandis societatis christianaee eo temporis, respondit, nullum aliud nisi frequentem conciliorum generalium celebrationem; ideo concilium Constantiense non tantum laudat fuse concilia generalia et eorum fructus ad caelum extollit, sed etiam legem tulit de decennali conciliorum celebratione. Quae quidem lex dolendum est quod observari non potuerit, nam, meo saltem iudicio et mea convictione, multis malis hoc modo obviatum fuisset, et fors etiam fatali saeculi XVI. reformationi. Unde est quod ipse Pius IV. pontifex, spiritu Caroli Borromaei animatus, cunctatus non fuerit per legatos suos declarare, quod libenter consentiret in decennalium conciliorum periodum si id postularetur.

Verum, reverendissimi patres, stabilita personali et absoluta Romani pontificis infallibilitate, manifestum meo iudicio fit concilia generalia pene superflua et inutilia evasura (*signa improbatios*). Nam iure merito quaeri quodammodo potest: ut quid episcopi ex toto terrarum orbe, ex dissitissimis orbis catholici partibus, relictis gregibus suis, missis sanctissimis ministerii sui functionibus, in unum frequentius convenienter, si in medio ecclesiae semper adesset personalis et absoluta auctoritas, quae semper praesto sit, semperque sufficiat ad omnes controversias fidei et morum definiendas, et tranquillitatem ecclesiae ne fors turbatam restituendam?

Mihi equidem, reverendissimi patres, videtur, immo mihi indubium est, sanctum esse Romanorum pontificum ius concilia generalia convocandi; sancta mihi est certe eorum inviolabilis libertas ea quando voluerint convocandi: sed cogitandum quod omni iuri etiam respondeat obligatio, quae aliquando adeo urgens esse potest, ut ab eius implemento totius ecclesiae salus et tranquillitas et innumerabilium animarum salus dependeat.

Ego suffragio meo capiti IV. schematis nostri dato nollem ullo modo cooperari videri, ut hoc concilium quasi ultimum esse videatur; quod meo saltem iudicio eo magis dolendum foret, quod iuxta meam sententiam ecclesia, tenera gentium et populorum mater, priscum suum vigorem et priscam suam foecunditatem vix alio modo recuperabit, quam frequentiori conciliorum generalium celebratione; cui ipsa providentia divina annuere videtur, quae in expeditissimis illis viarum et itinerum compendiis etiam ecclesiae suaे insigne medium dedit unitatis suaе, magis quam hucusque factum fuerit, exercendaе.

Verum ut concilia generalia sublimi fini suo respondere possint, sancta utique et inviolabilia esse oportet ante omnia iura primatus divini; sed eodem modo sancta esse debent et salva iura episcoporum (*murmur*). Mihi autem iis quae in expositione schematis, puto, folio 34, 35, 36, dicuntur de iudicatu episcoporum, mihi videtur huic iuri episcoporum praeiudicari, in specie gravissimo episcoporum iuri de magisterio et iudicatu divino. Quidquid enim adusque dictum est, quidquid hoc obtentu observatum est, mea sententia et convictione, ad essentiam iudicii, quod episcopi in

ništa drugo nego često obdržavanje općih crkvenih sabora; zato sabor u Kostnici (1414.—1418.) ne samo opširno hvali opće crkvene sabore i do neba diže njihove plodove, nego je donio i zakon, da se crkveni opći sabor mora držati svake desete godine. I treba doista žaliti, što se taj zakon nije mogao vršiti; jer, barem po mojoj mišljenju, na taj bi se način bilo spriječilo mnogo zla, a možda i zlokobna reformacija 16. vijeka. Zato je i sam Pijo IV. papa, oduševljen duhom Karla Boromejskoga, bez sustezanja izjavio po svojim legatima, da će rado pristati na to, da se opći sabori drže svake desete godine, ako to zatraži (sabor u Kostnici).

Ali prečasni oci, ako se utvrди lična i apsolutna nepogriješivost rimskog pape, jasno je, po mojoj mišljenju, da će opći crkveni sabori postati skoro suvišnji i nepotrebni. (Znakovi negodovanja.) Jer se nekako pravom može pitati: Čemu da se češće saстaju u jedno biskupi iz čitavog svijeta, iz najudaljenijih dijelova katoličkoga svijeta, te ostavljaju svoje vjernike i zapuštaju obrede svoje najsvetije službe, ako se u središtu crkve uvijek nalazi osobna i apsolutna vlast, koja je uvijek tu, i koja je uvijek dovoljna da definira prepiske o vjeri i čudoređu, i da uspostavi mir u crkvi, koji je možda narušen?

Meni se barem, prečasni oci, čini, štaviše za mene nema nikakve sumnje, da je sveto pravo rimskih papa sazivati opće crkvene sabore; meni je sigurno sveta njihova nepovrijediva sloboda da ih sazovu kad hoće: ali treba promisliti, da svakome pravu odgovara i dužnost, a ta može nekada biti tako silna, te o njezinom izvršenju ovisi spas i mir cijele crkve i spas bezbrojnih duša.

Ja svojim glasovanjem o 4. poglavljju nikako ne bih htio da izgleda kao da na tome saradujem, da se ovo čini kao da je posljednji crkveni sabor. A to bi, barem po mojoj mišljenju bilo tim žalosnije, što po mojoj sudu crkva, nježna majka svih naroda i puka, svoju staru svježinu i plodnost teško će drukčije postići osim češćim održavanjem općih crkvenih sabora. Čini se, da tome i sama Božja providnost daje znak, kada u tako brzim i skraćenim putovima daje i svojoj crkvi izvrsno sredstvo da svoje jedinstvo izvršava više nego što je to do sada učinjeno.

Ali da opći crkveni sabori mogu odgovarati svojoj uzvišenoj svrsi, treba prije svega da su sveta i nepovrijedena prava božanskog primata; ali na isti način treba da su sveta i čitava prava biskupa. (Žamor.) A meni se čini, da se onim što se u tumačenju nacrtta, mislim na strani 34, 35, 36, govori o sudačkoj službi biskupa, meni se čini da se prejudicira ovome pravu biskupa, osobito najvažnijem pravu biskupa o magisteriju i sudačkoj službi božanskoj biskupa. Jer što se god do sada kazalo, što se god pod tim izgovorom opazilo, po mojoj sudu i uvjerenju, o bitnosti suda što ga biskupi vrše u općem saboru, ide za tim, da biskupi mogu po svojoj savjeti i obzirom na svoje biskupsko uvjerenje ne samo potvrditi, tumačiti, odobravati, nego nekada i odbijati. Jer ako

concilio generali exercent, huc spectat, ut non tantum confirmare, explicare, approbare, verum etiam pro conscientiae et convictionis suae episcopalnis ratione quandoque etiam removere possint. Nisi enim hoc admittatur, naturalis vigor et virtus verborum Christi minuitur: Euntes docete omnes gentes; nisi enim hoc admittatur, naturalis vigor et virtus imminuitur verborum Christi: Quidquid solveritis in terra, solutum erit in caelis, et quidquid ligaveritis in terris, erit ligatum et in caelis; nisi enim hoc admittatur, mihi videtur naturalis vigor verborum sancti Cypriani minui qui dicit, unum et indivisum esse in toto terrarum orbe episcopatum, cuius a singulis in solidum pars tenetur. Meo quidem iudicio, episcopi nunquam huic suo iuri renunciare possunt, quin eo ipso ipsam etiam conciliorum generalium auctoritatem et libertatem periculo exponant.

Dictum equidem hic fuit et in expositione schematis dicitur, contrarium doceri in epistola Leonis Magni ad Flavianum. Verum mea sententia et ex omnium conciliorum actis, quae utinam hic essent et legerentur! ex omnium dico quotquot in ecclesia Dei celebrata sunt conciliorum actis hoc apparet, episcopos in iudicando in concilio nulos alios limites novisse quam eos, quos ponerent sacrarum Scripturarum et traditionis divinae oracula.

Verum quidem est concilium Chalcedonense audita Leonis Magni epistola uno ore et laetabundum exclamasse: »Petrus per Leonem loquitur, omnes ita credimus, ita sentimus, omnes huic epistolae adhaeremus«; tributum iuste datum primae sedi, sed tributum etiam datum sancti Leonis ingenio et eloquentiae, qui mirum in modum doctrinam catholicam in epistola sua exposuit: qua quidem in re s. Leo consortem et comparem habuit Cyrillum Alexandrinum, cui eodem modo per concilium acclamatum fuit. Caeterum qui acta expenderit concilii Chalcedonensis, nullo momento negabit epistolam Leonis successu temporis expensam et ad amussim sacrarum Scripturarum et traditionis fuisse examinatam. Ideo omnes quotquot huic epistolae subscripsere, in hunc modum subscribunt: subscribimus quia haec epistola sacrae Scripturae conformis est, quia haec epistola conformis est symbolo Nicaeno, conformis symbolo Constantinopolitano; et divinae providentiae munere factum est, ut in concilio Chalcedonensi non tantum unus alterve episcopus de orthodoxia huius epistolae dubitaret, sed episcopi magnarum provinciarum ut episcopi Illyrici et Palaestinae, quibus concilium et tempus et occasionem et subsidia dedit, ut epistolam examinare et libere iudicium suum ferre possent. Et ideo hoc respectu episcopus Rottenburgensis frater et amicus meus bene et ingeniose dixerat, concilium Chalcedonense ne momento quidem dubitasse de iure episcoporum dubitandi. Cumque eum honoris causa nominaverim, liceat mihi observare eum frustra contradictionis argui in antiquis suis et recentissimis scriptis, quemadmodum in hoc loco quidem factum est, ideo quia eminentissimus Dublinensis indubitate ex erronea gallica versione in errorem

se to ne dopusti, umanjuje se prirodna snaga i jakost Kristovih riječi: *I dite i naučavajte sve narode.* Ako se to ne dopusti, umanjuje se prirodna snaga i jakost Kristovih riječi: *Što god razriješite na zemlji bit će razriješeno i na nebu, a što god zavežete na zemlji bit će zavezano i na nebu.* Ako se to ne dopusti, meni se čini da se umanjuje prirodna snaga i jakost riječi sv. Ciprijana koji kaže, da je episkopat na cijelom svijetu jedan i nerazdijeljen, a svaki pojedinac ima i nolidum dio episkopata. Po mojoj sudu biskupi se nikada ne mogu odreći ovog svog prava, a da već time ne izlože opasnosti i sam ugled i slobodu općih crkvenih sabora.

Rečeno je doduše ovdje, a kaže se i u tumačenju nacrta, da se protivno uči u poslanici Leona Velikoga Flavijanu.²¹ Ali po mojoj mišljenju i po aktima svih crkvenih sabora — kamo sreće da su ovdje i da se čitaju! — iz svih kažem, kolikogod je crkvenih sabora držano, saborskih akata ovo je jasno: da biskupi kada su u saboru sudili, nijesu poznavali nikojih drugih granica, osim onih što ih postavljaju riječi svetog pisma i božanske predaje.

Istina je doduše, da je kalcedonski sabor, kad je čuo poslanicu Leona Velikoga, jednoglasno i veselo povikao: »Petar po Leonu govori, svi tako vjerujemo i mislimo, svi pristajemo uz ovu poslanicu; a to je čast pravom iskazana prvoj Stolici, ali i čast iskazana oštromlju i govorničkoj vještini svetoga Leona, koji je nadivan način izložio u svojoj poslanici katoličku nauku; a u toj stvari Leon imao saradnika i druga Ćirila aleksandrijskoga, koji je isto tako u saboru aklamiran. Uostalom, tko prouči akte kalcedonskog sabora, ne će ni za čas poreći, da je Leonova poslanica tijekom vremena proučavana i točno prema svetom pismu i predaji ispitana. Stoga svi koji su potpisali ovu poslanicu, ovako potpisuju: Potpisujemo, jer je ova poslanica u skladu sa svetim pismom, jer je ova poslanica u skladu sa nicejskim vjerovanjem, u skladu sa carigradskim vjerovanjem. I po Božjoj se providnosti dogodilo, da o vjerskoj ispravnosti ove poslanice nije u kalcedonskom saboru posumnjao samo ovaj ili onaj biskup, nego su posumnjali biskupi velikih pokrajina, kao Ilirije i Palestine, i njima je sabor dao i vremena i prilike i pomoći, da mogu poslanicu ispitati i svoj sud slobedno izreći. I stoga je što se ovoga tiče dobro i oštromno rekao biskup od Rottenburga,²² brat i prijatelj moj, da kalcedonski sabor ni za čas nije posumnjao, da biskupi smiju sumnjati. Pa kad sam ga radi časti spomenuo, neka mi bude dopušteno opaziti, da mu se bez temelja prigovara, da je on po svojim starim i najnovijim spisima u protivurečju sam sa sobom, kao što je ovdje rečeno stoga, što je uzoriti kardinal iz Dublina²³ bez sumnje u zabluđu zaveden po krivom francuskom prijevodu, kako će to i presvjetli prijatelj u svoje vrijeme opširnije razjasniti.

Učstalcem, po mojoj mišljenju, dva izvanjska svjedočanstva mogu dokazati, da se u sabcu kalcedonskem izvršilo pravog imena suđenje o poslanici sv. Leona. I to prvo svjedočanstvo samoga

ductus est, etiam illustrissimus amicus suo tempore uberius hanc rem explanabit. (Cf. op. 1870. Neapoli editum: *Defensio eppi Rottenburgensis.*)

Caeterum in concilio Chalcedonensi in epistolam s. Leonis veri nominis iudicium exercitum fuisse, dupli testimonio externo probari iuxta meam sententiam potest. Et primo quidem testimonio ipsius Leonis Magni, qui in epistola sua 93 alias 63 hunc circiter in modum loquitur: »Gloriamur, inquit, et Deo immortali gratias agimus, qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit«; praesupponit igitur Leo Magnus detrimentum pati se potuisse in fratribus. Immortales quoque gratias agit Deo, quod quae prius erant eius iudicio definita, irretractabili fraternitatis universae assensu sint acceptata. Gratias agit Deo, quod contradictores in concilio Chalcedonensi fuerint, quia hoc modo, inquit, fiet ut mundus non possit dicere, vel assentatione vel ex quocumque ignobili motivo episcopos praestitisse assensum epistolae meae. Tandem concludit significantissimis hisce verbis: »Multum sacerdotalis officii meritum splendescit, ubi sic summorum servatur auctoritas, ut in nullo inferiorum putetur imminuta libertas.«²³ Ecce quomodo Leo Magnus ipse eam iudicandi vim, qua episcopi in concilio fruuntur ut non tantum approbare sed etiam reprobare possint, agnoscit, et quomodo cum ipsa libertatem concilii et auctoritatem in connexione ponit.

Alterum testimonium extermum desumam ex Bellarmino. Bellarminus in sua historia conciliorum lib. II. si bene memini, ut difficultatibus obviet ex quaestionibus concilii Chalcedonensis de vero epistolae Leonis ad Flavianum iudicatu, hoc dicit: hanc epistolam ad concilium Chalcedonense missam non fuisse definitivam, verum fuisse solummodo instructivam, atque ideo concilium Chalcedonense potuisse vere ac realiter iudicium exercere. Sed cum id hodie nullo modo admittatur admetti debet ex Bellarmino, concilium Chalcedonense vere et realiter iudicium exercuisse.

Ego, repeto, huic iuri episcoporum nunquam renunciare possum, quia hoc est originis divinae, quia hoc muneri episcopali inhaeret, quia hoc datum est in aedificationem ecclesiae, et hoc ius proxime attingit auctoritatem concilii et libertatem: quam libertatem tam sancte concilium Tridentinum custodivit, ut eam laesam putaverit ducbus saltem vocabulis a proponentibus legatis sessione XVII. prolatis. Et quamquam Pius IV. pontifex per legatos non semel sed iterato patribus concilii Tridentini declaraverit his duabus vocibus, proponentibus legatis, non agi ullo modo de libertate patrum minuenda, verum de confusione evitanda; concilium tamen Tridentinum, episcopi in primis Hispaniae et Galliae eo usque non quieverunt, quousque hae duae voces libertati concilii praeiudicantes sessione XXV solemniter retractatae non fuerint, et ita explicite, ut nulli episcoporum iuri et auctoritati, ut concilium dicit, canonum et decretorum futuris temporibus numquam praeiudicare possint. Ita

Leona Velikoga, koji u svojem 93. (inače 63.) pismu ovako otprilike govorи: »Dičim se, kaže, i Bogu besmrtnome zahvaljujem, koji nije dopustio, da ja ikojega od svoje braće izgubim«; dakle Leon Veliki pretpostavlja, da je mogao izgubiti kojega od svoje braće. Daje također besmrtnu hvalu Bogu, što je neopozivim pristankom sve braće biskupa prihvaćeno ono, što je on svojim sudom bio prije definirao. Zahvaljuje Bogu, što je u saboru kalcedonskom bilo onih, koji su govorili proti, jer će se na taj način, kaže, zbiti, da svijet ne može kazati, kako su biskupi pristali uz moju poslanicu bilo da mi udvaraju, bilo iz kojeg neplemenitog motiva. Napokon zaključuje ovim vrlo značajnim riječima: »Vrlo je sjajna zasluga svećeničke službe, gdje je ugled najviših tako sačuvan, da ni u jednome od njih ne misli se da je umanjena sloboda«. Eto, kako sam Leon Veliki priznaje onu sudačku vlast, koju biskupi imaju u crkvenom saboru, da mogu ne samo odobravati nego i osudjavati, i kako on spaja s njom slobodu sabora i auktoritet.

Drugo će izvanjsko svjedočanstvo uzeti iz Bellarmina. Bellarmin u svojoj *Povijesti crkvenih sabora* 2. knjizi, ako se dobro sjećam, da izbjegne poteškoće iz rasprava u kalcedonskom saboru o pravoj sudačkoj vlasti što se tiče poslanice Leonove Flavijanu, ovo kaže: da ova poslanica, poslana kalcedonskom saboru, nije bila definitivna, nego samo instruktivna, pa da je stoga kalcedonski sabor mogao doista i realno vršiti sudačku vlast. Ali premda to danas nipošto nije dopušteno, mora se iz Bellarminovih riječi dopustiti, da je kalcedonski sabor doista i realno vršio sudačku vlast.

Ja, opet kažem, nikada se ne mogu odreći toga biskupskog prava, jer je to pravo božanskoga podrijetla, jer je to pravo usko spojeno sa biskupskom službom, jer je to pravo dano za sazidavanje crkve, i to se pravo najbliže tiče ugleda i slobode crkvenog sabora. A tu je slobodu tridentski sabor tako sveto čuvaо, te je smatrao da su same dvije riječi, što su ih u 17. sjednici izrekli papinski legati, povrijedile slobodu sabora.²⁵ I premda je papa Pijo IV. ne jedamput nego opetovanio izjavio ocima tridentskog sabora, po svojim legitima, da sa te dvije riječi, na predlog legata, nipošto se ne radi o tome, da se izbjegne zbrka, ipak tridentski sabor, u prvom redu biskupi Španije i Francuske, nijesu se sve dотле smirili, dok nijesu te dvije riječi, koje prejudiciraju slobodi sabora, u 25. sjednici svećano opozvane, i to tako izričito, da one, kako sabor kaže, nikada u budućnosti ne mogu prejudicirati ni jednom biskupskom pravu ni ugledu kanona i dekreta. Tako je tridentski sabor dobro i vrlo pametno učinio, što ta i slična pitanja nije definirao.

Rekao je jedan prečasni otac, ako se dobro sjećam nadbiskup iz Westminstera,²⁷ da tridenstki sabor nije imao prilike, da ovu definiciju sastavi. O, Bože dragi! Ako tridentski sabor nije imao prilike da sastavi tu definiciju, onda ne će uopće nikada biti prilike. Kako je poznato, radilo se onda o protestantima, koji su crkvi poricali svaki auktoritet, koji su htjeli da otmu crkvi svaku vlast i svako pravo.

bene fecit concilium Tridentinum et sapientissime, quod has et similes quaestiones non definiret.

Dictum est ab uno reverendissimorum patrum, et si bene memini ab archiepiscopo Westmonasteriensi, quod concilium Tridentinum occasionem non habuerit huius definitionis facienda. Verum Deus immortalis! concilium Tridentinum si occasionem non habuit huius definitionis facienda, nulla umquam occasio erit. Ut notum est, tunc agebatur cum protestantibus, qui totam ecclesiae auctoritatem negabant, qui omnem in ecclesia potestatem et omne ius eidem surripere volebant.

Aequo dictum est, reverendissimi patres, per hanc definitionem, si facta fuisset, his controversiis quae in Galliis et in Germania subinde enatae fuerunt, finis impositus fuisset. Meo quidem iudicio et omnis quicumque historiam concilii Tridentini probe discusserit, qui noverit historam eius temporis Galliae, Germaniae, Hispaniae, concilium Tridentinum faciendo eiusmodi decisionem non tantum non praevenisset controversias in Gallia et Germania enatas, quae quanto nocivae erant, propria virtute earum ecclesiarum sanatae sunt; verum novis et gravissimis controversiis tum in Gallia tum in Germania tum in Hispania occasionem dedisset. Et ideo ego existimo concilium Tridentinum sapientissime et prudentissime fecisse; et si quod votum ego hic publice edere possum, illud est ut, quantum saltem possibile, vestigia concilii Tridentini insistamus, quia illud sapienter et prudenter agendo erexit monumentum aere perennius, nulla vetustate temporum obliterandum. Ad quas prudentiae et sapientiae regulas certe illa pertinet per Pium IV. spiritu sancti Caroli Barromaei imbutum, data ut nihil in concilio decideretur citra communem aut fere communem patrum consensionem: et hoc tertium et ultimum est momentum de quo quaedam dicam.

